ſeque ab his ſemper ſeuocaſſent, eſſentque in corporibus humanis uitam imitati deorum: his ad illos à quibus eſſent profecti, reditum facilem patere. Itaque commemorat, ut cygni, qui non ſine cauſa Apollini dicati ſunt, ſed quòd ab eo diuinationem habere uideantur, qua prouidentes quid in morte boni ſit, cum cantu & uoluptate moriantur: ſic omnibus & bonis & doctis eſſe faciẽdũ. Hactenus Cicero, qui quũ ait, Socratẽ, quũ paucis antè diebus facilè poſſet educi è cuſtodia, noluiſſe: uidetur ad ea quæ in Critone dialogo Platonis offeruntur illi à Critone, reſpexiſſe. dicit enim hoc ille inter cætera ipſi Socrati, Ἐπὶ δὲ καὶ πολλοῖς δόξω, οἳ ἐμὲ καὶ σὲ μὴ σαφῶς ἴσασιν, ὡς οἷός τε ὢν σε σώζειν, εἰ ἤθελον ἀναλίσκειν χρήματα, ἀμελήσαιμι. *ſic enim illic legendum eſt apud Platonem (ut id obiter corrigamus) non ut in impreſſis exemplaribus,* εἰ ἀναλίσκειν χρήματα ἀμελήσαιμι ἤθελον, *ita traiecto uerba ut nullus elici poſſit inde ſenſus. Et paulo pòſt,* καὶ γὰρ οὐδὲ πολὺ τἀργύριόν ἐστιν ὃ θέλουσι λαβόντες τινὲς σῶσαί σε καὶ ἐξαγαγεῖν ἐνθένδε. ἔπειτα οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς συκοφάντας, ὡς ἀπελεῖς, καὶ οὐδὲν ἂν δέοι ἐπ᾽ αὐτοὺς πολλοῦ ἀργυρίου; σοὶ δὲ ὑπάρχει μὲν τὰ ἐμὰ χρήματα, ὡς ἐγῷμαι, ἱκανά, ἔπειτα, *&c. Quæ ſequitur diſputatio, in Phædone habetur, ſed ita ut illã Cicero quaſi in epitomen quandam redegerit, aliũ etiam ſequutus ordinem. Illud igitur quod primo loco ponit Cicero, duas eſſe uias duplicéſque curſus animorum ê corpore excedentium: mihi uidetur ex hoc loco eſſe,* Τοιγάρτοι τούτοις μὲν ἅπασιν, ἔφη, ὦ Κέβης, ἐκεῖνοι (οἷς τι μέλει τῆς αὑτῶν ψυχῆς, ἀλλὰ μὴ σώματα πλάττοντες ζῶσι) χαίρειν εἰπόντες, οὐ κατὰ ταὐτὰ πορεύονται αὐτοῖς, ὡς οὐκ εἰδόσιν ὅπῃ ἔρχονται, αὐτοὶ δέ, *&c. Illa autẽ Latina uerba, Nam qui ſe humanis uitiis contaminaſſent, & ſe totos libidinibus dedidiſſent, quibus cæcati, &c. his Græcis præcipuè reſpondent,* Ἐὰν δέ γε, οἶμαι, μεμιασμένη καὶ ἀκα-

θαρτος τοῦ σώματος ἀπαλλάττηται, ἅτε τῷ σώματι ἀεὶ ξυνοῦσα
καὶ τοῦτο θεραπεύουσα καὶ ἐρῶσα, καὶ γεγοητευμένη ὑπ' αὐτοῦ ὑ-
πό τε τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ ἡδονῶν, ὥστε μηδὲν, &c. Illa, Vel in re-
publ. uiolanda fraudes inexpiabiles concepiſſent, de his ex-
preſſa uideri poſſint, Τὰς δέ γε ἀδικίας τε καὶ τυραννίδας καὶ
ἁρπαγὰς προτετιμηκότας. Illa, Iis deuium quoddam iter eſſe,
ſecluſum à concilio deorum, de Græcis his ſumpta exiſtimo,
Καὶ ἐκ τούτων ἄμοιρος εἶναι τῆς τοῦ θείου τε καὶ καθαροῦ καὶ μονοει-
δοῦς συνουσίας ideóque malè legitur in exemplaribus Ciceronis,
conſilio pro concilio. Iam uerò quæ addit, Qui autem ſe integros
caſtóſque ſeruaſſent, quibúſque fuiſſet minima cum corpori-
bus contagio, ſeſéque ab iis ſemper ſeuocaſſent, eſſéntque
in corporibus, &c. optime cum his conueniunt, Ἐὰν μὲν καθα-
ρὰ ἀπαλλάττηται ἡ ψυχὴ, μηδὲν τοῦ σώματος συνεφέλκουσα, ἅτε
οὐδὲν κοινωνοῦσα αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ ἑκοῦσα εἶναι, ἀλλὰ φεύγουσα αὐ-
τὸ, καὶ συνηθροισμένη αὐτὴ εἰς αὑτὴν, ἅτε μελετῶσα ἀεὶ τοῦτο,
τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὀρθῶς φιλοσοφοῦσα, καὶ τῷ ὄντι τεθνάναι
μελετῶσα ῥᾳδίως· ἢ οὐ τοῦτ' ἂν εἴη μελέτη θανάτου; Παντάπασί γε.
Οὐκοῦν οὕτω μὲν ἔχουσα, εἰς τὸ ὅμοιον αὐτῇ τὸ θεῖον ἀπέρχεται, τὸ
θεῖόν τε καὶ ἀθάνατον καὶ φρόνιμον; Sed animaduertendum
eſt, Ciceronem hîc quidem omiſiſſe quæ per parentheſin ad-
iecta ſunt, ἅτε μελετῶσα, uſque ad ἔχουσα, paulo pòſt autem
ea poſuiſſe, ut uidebimus. Ea uerò quæ proximè ſequun-
tur, Itaque commemorat, ut cygni, qui non ſine cauſa Apolli
ni dicati ſunt, ſed quòd ab eo diuinationem habere uidean
tur, qua prouidentes quid in morte boni ſit, cum cantu & uo
luptate moriantur: ſic omnibus & bonis & doctis eſſe facien-
dum. Nec uerò, &c. ex his tranſlata ſunt, Ἀλλ' οἱ κύκνοι, ἅ-
τε οἶμαι τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες, μαντικοί τε εἰσὶ, καὶ προειδότες τὰ ἐν
ᾅδου ἀγαθὰ, ᾄδουσί τε καὶ τέρπονται ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαφε-
ρόντως ἢ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. Habes ſtatim pòſt apud Cicero-

nem, Vetat enim dominans ille in nobis deus, iniuſſu hinc nos ſuo demigrare: quũ uerò cauſam iuſtam deus ipſe dederit, ut tunc Socrati, nũc Catoni, ſæpe multis: næ mediuſfidius uir ſapiens lætus ex his tenebris in lucem illam excesſerit. Nec tamen illa uincula carceris ruperit (leges enim uetant) ſed tanquam à magiſtratu, aut ab aliqua poteſtate legitima, ſic à deo euocatus atque emiſſus exierit. Tota enim philoſophorum uita, ut ait idem, commẽtatio mortis eſt. nam quid aliud agimus, quum à uoluptate, id eſt à corpore: quũ à re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis: quum à Rep. quum à negocio omni ſeuocamus animum: quid, inquam, tum agimus, niſi animum ad ſeipſum aduocamus, ſecum eſſe cogimus, maximéque à corpore abducimus? PLATO, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ᾽ ἀποδιδράσκειν. *Pro illis autẽ, Cauſam iuſtã deus ipſe dederit, ut nunc Catoni, Græcè eſt,* ἀνάγκην τινὰ ὁ θεὸς ἐπιπέμψῃ, ὥσπερ καὶ τὴν νῦν ἡμῖν παροῦσαν. *iniuſſu ſuo, eſt* μὴ σημήναντος αὐτοῦ. *Illud autem, Tota philoſophorũ uita, commentatio mortis, in paulo antè citatis Platonis uerbis habuimus: ſed & antea dixerat,* Κινδυνεύουσι γὰρ ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι φιλοσοφίας, λεληθέναι τοὺς ἄλλους ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοὶ ἐπιτηδεύουσιν, ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι. *Et rurſus,* Τῷ ὄντι ἄρα οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες, ἀποθνήσκειν μελετῶσι, καὶ τὸ τεθνάναι ἥκιστ᾽ αὐτοῖς ἀνθρώπων φοβερόν. *Quod dicit, A re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis, uidetur illuc pertinere,* μυρίας μὲν γὰρ ἡμῖν ἀσχολίας παρέχει τὸ σῶμα διὰ τὴν ἀναγκαίαν τροφήν. *&, ſeuocatus animus ab hoc, uidetur eſſe* μὴ ξυμπεφυρμένος μετὰ τούτου. *Ponens autem hæc quatuor Cicero, Animum ad ſeipſum aduocamus, ſecum eſſe cogimus, maximéque à corpore abducimus, Secernere autem à corpore animum, &c. uidetur exprimendas illas Platonis*

phraſes ſibi propoſuiſſe, χωρίζειν ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, & αὐτὴν καθ' αὑτὴν πανταχόθεν ἐκ τοῦ σώματος συναγείρεσθαί τε καὶ ἀθροίζεσθαι, καὶ οἰκεῖν μόνην καθ' αὑτὴν, ἐκλυομένην ἐκ τοῦ σώματος. Item, τὴν ψυχὴν οὐδὲν κοινωνεῖν τῷ σώματι, ἀλλὰ φεύγειν αὐτὸ καὶ συνηθροισμένην εἶναι αὐτὴν εἰς αὑτὴν, uel αὐτὴν εἰς αὑτὴν ξυλλέγεσθαι καὶ ἀθροίζεσθαι. quæ quidem genera dicendi non uno eodêmq; in loco, ſed ſparſa leguntur apud Platonẽ.

CIC. De Senect. Demonſtrabantur mihi præterea quæ Socrates ſupremo uitæ die de immortalitate animorũ diſſeruiſſet, is qui eſſet ſapientiſſimus oraculo Apollinis iudicatus. Quid multa? ſic mihi perſuaſi, ſic ſentio: quum tanta celeritas animorum ſit, tanta memoria præteritorum, futurorum prouidentia, tot artes, tot ſcientiæ, tot inuenta: non poſſe eam naturam quæ res eas continet, mortalem eſſe. quûmque animus ſemper agitetur, nec principiũ motus habeat, quia ipſe ſe moueat: ne finem quidem habiturum eſſe motus, qui nũquam ſe ipſe ſit relicturus. & quum ſimplex animi natura eſſet, neque haberet in ſe quicquam admixtum diſpar ſui atque diſſimile, non poſſe eũ diuidi: quòd ſi non poſſit, non poſſe interire. magnóque eſſe argumento, homines ſcire pleraque antequam nati ſint: quòd iam pueri quum artes difficiles diſcant, ita celeriter res innumerabiles accipiant, ut eas non tum primum accipere uideantur, ſed reminiſci & recordari. Hæc Platonis ſunt fere. Idem Tuſc. I, Socrates in eo ſermone quem habuit eo ipſo die quo exceſſit è uita, docet, quemuis qui omnium rerum rudis eſſe uideatur, bene interroganti reſpondentem, declarare ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere. nec uerò fieri ullo modo poſſe ut à pueris tot rerum atque tantarum inſitas & quaſi conſignatas in animis notiones (quas ἐννοίας uocat) haberemus, niſi animus, antequam corpus in-

traſſet, in rerum cognitione uiguiſſet. Hactenus Cicero. cuius hæc fere omnia ex Phædone ſumpta ſunt: ſed totius diſputationis quæ illic ſparſa habetur, ueluti capita colligẽdo. Illa quidem certè, Quumque animus ſemper agitetur, nec principium motus habeat, quia ipſe ſe moueat: ne finẽ quidem habiturum eſſe motus, qui nunquam ſeipſe ſit relicturus, &c. hæc Platonis in Phædro ad uerbum exprimunt, τὸ γὰρ ἀεικίνητον, ἀθάνατον· καὶ μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον. Quæ autem ſequuntur apud Ciceronem, Et quum ſimplex animi natura eſſet, neque haberet in ſe quicquam admiſtum diſpar ſui atque diſſimile, non poſſe eum diuidi. quòd ſi non póſſit, non poſſe interire: Ciceronis hæc exprimunt illa Platonis, τὸ ἀσύνθετον & τὸ μονοειδές. Illa autem, Homines ſcire pleraque antequam nati ſint: Item, Se non tum illa diſcere, ſed reminiſcẽdo recognoſcere· Item, Niſi animus, antequam corpus intraſſet, in rerum cognitione uiguiſſet: Plato ſic profert, Ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθηκέναι ἃ νῦν ἀναμιμνησκόμεθα. Itẽ, πρὶν γενέσθαι, ἐπιστήμην εἰληφέναι. Item, ἀναμιμνήσκεσθαι ὕστερον ὧν πρότερον ἐπιστήμην εἰληφότες ἦμεν. Verùm quum totus hic locus parum ad inſtitutum noſtrum faciat, quòd enim Cicero (utpote diſperſa colligens) liberius quàm pro interpretationis legibus tranſtulerit, aliò pergamus.

CIC. De fin. II, Oculorum (inquit Plato) eſt in nobis ſenſus acerrimus: quibus ſapientiam non cernimus. quàm illa ardentes amores excitaret ſui, ſi uideretur. IDEM De off. I, Formam quidem ipſam, Marce fili, & tanquam faciem honeſti uides: quæ ſi oculis cerneretur (ut ait Plato) mirabiles amores excitaret ſapientiæ. PLATO in Phædro, ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, ἡ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται. δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς

ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν. Cic. De fin. II, nõ procul ab initio, Omnis autem in quærendo quæ uia quadam & ratione habetur oratio, præſcribere primũ debet ut quibuſdam in formulis ea res agatur: ut inter quos diſſeritur, conueniat quid ſit de quo diſſeratur. Hoc poſitum in Phædro à Platone, probauit Epicurus, ſenſitque in omni diſputatione id fieri oportere. Plato in Phædro, Περὶ παντός, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύεσθαι· εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ᾖ ἡ βουλή, ἢ ἅπαντος ἁμαρτάνειν ἀνάγκη.

CIC. in Orat. ad Brut. Siquidem etiam in Phædro Platonis hoc Periclẽ præſtitiſſe cæteris dicit oratoribus Socr tes, quòd is Anaxagoræ phyſici fuerit auditor: à quo cenſet eum, quũ alia præclara quædam & magnifica didiciſſet, uberem & fœcundum fuiſſe, gnarũmque (quod eſt eloquentiæ maximum) quibus orationis modis quæque animorum partes pellerentur. PLATO in Phædro, πᾶσαι ὅσαι μεγάλαι τῶν τεχνῶν προσδέονται ἀδολεχίας καὶ μετεωρολογίας φύσεως πέρι. τὸ γὰρ ὑψηλόνουν τοῦτο καὶ τὸ πάντῃ τελεσιουργικὸν ἔοικεν ἐντεῦθέν ποθεν εἰσιέναι. ὃ καὶ Περικλῆς, πρὸς τῷ εὐφυὴς εἶναι, ἐκλήσατο. προσπεσὼν γὰρ οἶμαι τοιούτῳ ὄντι Ἀναξαγόρᾳ, μετεωρολογίας ἐμπλησθεὶς, καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε καὶ ἀνοίας ἀφικόμενος, ὧν δὴ πέρι τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο Ἀναξαγόρας, ἐντεῦθεν εἵλκυσεν ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην τὸ πρόσφορον αὐτῇ.

CIC. De off. I, Vt enim apud Platonem eſt, omnem morẽ Lacedæmoniorum inflammatum eſſe cupiditate uincẽdi: ſic, ut quiſque magnitudine animi maximè excellit, ita, &c. PLATO in Lachete, Οὐκ οἶμαι ἐγὼ τοῦτο, εἴ τι ἦν, οὐκ ἂν λεληθέναι Λακεδαιμονίους, οἷς οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ, ἢ τοῦτο ζητεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν, ὅ, τι ἂν μαθόντες καὶ ἐπιτηδεύσαντες πλεονεκτοῖεν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον.

CIC. De off. I, Præclarum igitur Platonis illud, Non ſo-

lùm(inquit) ſcientia quæ eſt remota à iuſtitia, calliditas potius quàm ſapientia eſt appellanda: uerumetiã animus paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat quàm fortitudinis.

PLATO Epitaphio, Χρὴ οὖν μεμνημένους τῶν ἡμετέρων λόγων, ἐάν τι καὶ ἄλλο ἀσκῆτε, ἀσκεῖν μετ' ἀρετῆς, εἰδότας ὅτι τούτου λειπόμενα πάντα καὶ κλήματα καὶ ἐπιτηδεύματα, αἰσχρὰ καὶ κακά. οὔτε γὰρ πλοῦτος κάλλος φέρει τῷ κεκτημένῳ μετ' ἀνανδρίας (ἄλλῳ γὰρ ὁ τοιοῦτος πλουτεῖ, καὶ οὐχ ἑαυτῷ) οὔτε σώματος κάλλος καὶ ἰσχὺς δειλῷ καὶ κακῷ ξυνοικοῦντα, πρέποντα φαίνεται, ἀλλ' ἀπρεπῆ, καὶ ἐπιφανέστερον ποιεῖ τὸν ἔχοντα, καὶ ἐκφαίνει τὴν δειλίαν. πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία δὴ οὐ σοφία φαίνεται.

CIC. De leg. III, *Nã licet uidere, ſi uelis replicare memoriam temporum, qualeſcunque ſummi ciuitatis uiri fuerint, talem ciuitatem fuiſſe: quæcũque mutatio morũ in principibus extiterit, eandem in populo ſecutam. idque haud paulo eſt uerius quàm quod Platoni noſtro placet, qui muſicorum cantibus ait mutatis, mutari ciuitatum ſtatus: ego autem, nobilium uita uictũque mutato, mores mutari ciuitatum puto.*

PLATO De rep. IIII, εἶδος γὰρ καινὸν μουσικῆς μεταβάλλειν, εὐλαβητέον, ὡς ἐν ὅλῳ κινδυνεύοντα. οὐδαμοῦ γὰρ κινοῦνται μουσικῆς τρόποι ἄνευ πολιτικῶν νόμων τῶν μεγίστων. *Sed & ſuperiorem locum Cicero hîc ab eodẽ ſumpſit: cuius hæc ſunt uerba,* μηδεὶς ὑμᾶς πειθέτω ὦ φίλοι, ἄλλῃ θᾶττον καὶ ῥᾷον μεταβαλεῖν ἄν ποτε πόλιν καὶ τοὺς νόμους ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ, μηδὲ νῦν γε ἄλλῃ γίγνεσθαι μηδ' αὖθίς ποτε γενήσεσθαι. *Et idẽ Cic. ſcribens ad Lentulum, Erant præterea hæc animaduertenda in ciuitate quæ ſunt apud Platonem noſtrum ſcripta diuinitus: quales in Rep. principes eſſent, tales reliquos ſolere eſſe ciues.*

CIC. De off. I, *Totius autem iniuſtitiæ nulla capitalior*

eſt quàm eorum qui tum quum maximè fallunt, id agunt ut uiri boni eſſe uideantur. PLATO De rep. II, Ἐσχάτη γὰρ ἀδικία, δοκεῖν δίκαιον εἶναι, μὴ ὄντα.

CIC. *in orat. ad Quin. fr. I, Atque ille quidem princeps ingenij & doctrinæ* Plato *tum denique fore beatas reſpublicas putauit, ſi aut docti & ſapientes homines eas regere cœpiſſent: aut qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina & ſapientia collocaſſent. hanc coniunctionem uidelicet poteſtatis ac ſapientiæ, ſaluti cenſuit ciuitatibus eſſe poſſe.* PLATO De rep. V, Τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο ὡς ἔοικε πειρώμεθα ζητεῖν τε καὶ ἀποδεικνύναι, ὅ τί ποτε νῦν κακῶς ἐν ταῖς πόλεσι πράττεται, δι' ὃ οὐχ οὕτως οἰκοῦνται· καὶ τίνος ἂν σμικροτάτου μεταβαλόντος, ἔλθοι εἰς τοῦτον τὸν τρόπον τῆς πολιτείας πόλις, μάλιστα μὲν ἑνός, *&c.* Paulo poſt, Ἐὰν μή, ἦν δ' ἐγώ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία. Idē dicit epiſt. 7. ad Di. prop.

CIC. De fin. V, *Videmus igitur ut conquieſcere ne infantes quidem poſſint; quum uerò paulum proceſſerint, luſionibus uel laborioſis delectantur, ut ne uerberibus quidem, &c.* Plato De leg. II, Φησὶ δὲ τὸ νέον ἅπαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς φωναῖς ἡσυχίαν ἄγειν οὐ δύνασθαι, κινεῖσθαι δὲ ἀεὶ ζητεῖν καὶ φθέγγεσθαι, τὰ μὲν, ἁλλόμενα καὶ σκιρτῶντα, οἷον ὀρχούμενα μεθ' ἡδονῆς καὶ προσπαίζοντα· τὰ δὲ, φθεγγόμενα πάσας φωνάς. *Ciceronem autem ad hunc aut ad aliquem huiuſmodi locū alludere oſtendunt hæc quæ proxime præcedūt uerba, Facile eſt hæc cernere in primis puerorū ætatulis. quanquā enim uereor ne nimius in hoc genere uidear: tamen omnes ueteres philoſophi, maxime noſtri, ad incunabula accedunt: quòd in pueritia facillimè ſe arbitrentur naturæ uoluptatē poſſe cognoſcere.* Idem CIC. *eodem libro, non multo poſt hūc locum, Præclarè enim* Plato *beatum ait, cui etiā in ſenectute*

contigerit ut ſapientiam ueráſque opiniones aſſequi poſſit. Idem Plato eodem libro, paulo ante locum modò citatum, in principio uidelicet libri 2. De leg. λέγω τοίνυν τῶν παίδων παιδικὴν εἶναι πρώτην αἴσθησιν, ἡδονὴν καὶ λύπην· καὶ ἐν οἷς ἀρετὴ ψυχῇ καὶ κακία παραγίγνεται πρῶτον ταῦτ' εἶναι· φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαίους, εὐτυχὲς ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο. Sed quid ſibi uolũt hæc ultima Platonis uerba? in iis certè nemo agnoſcet illam quam Cicero refert ſententiam. imò uerò nullum ex iis elicere ſenſum quiſquam poſſit: nec mirũ, quũ non bene procedat hæc oratio. Lege igitur cum Cicerone & cũ uetere exẽplari, φρονησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαίους.

CIC. De leg. II, Donis impij ne placare audeant deos, Platonem audiant: qui uetantur dubitare qua ſit mente futurus deus, quũ uir nemo bonus ab improbo ſe donari uelit. PLATO De leg. IIII, τῷ δὲ κακῷ τἀναντία πέφυκεν· ἀκάθαρτος γὰρ τὴν ψυχὴν ὅ γε κακός, καθαρὸς δ' ὅ γ' ἐναντίος. παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὔτ' ἄνδρ' ἀγαθὸν, οὔτε θεόν ἐστι ποτὲ τό γε ὀρθὸν δέχεσθαι.

CIC. De orat. lib. I, Cur non imitamur, Craſſe, Socratẽ illum qui eſt in Phædro Platonis? nam me hæc tua platanus admonuit: quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, quàm illa cuius umbram ſequutus eſt Socrates: quæ mihi uidetur nõ tam ipſa aquula quæ deſcribitur, quàm Platonis oratione creuiſſe. Sed quod ille duriſſimis pedibus fecit, ut ſe abiiceret in herbam, atque ita illa quæ philoſophi, &c. In hoc loco nihil magnopere obſeruatione eſt dignum quod ad interpretationem attinet, præter duo: præter diminutiuum aquula (quod haud ſcio an alibi reperiri poſſit apud Ciceronem: ſed quum reperiſſet ὑδάτιον apud Platonem, ut ille ex ὕδωρ ὑδάτιον, ita ipſe ex aqua facere uoluit aquula) & præter uerbum Abiiceret,

cũ pronom. ſe, pro quo eſt apud Plat. καθίζεσθαι & κατακλιθῆναι. Sed proferemus locũ (ut hactenus facere ſoliti ſumus) & quidẽ aliquanto altius repetitum, nimirũ uſque ab illa uoce ὑδάτιον. Loquitur Phædrus, Ῥᾷστον οὖν ἡμῖν κατὰ τὸ ὑδάτιον βρέχουσι τοὺς πόδας ἰέναι, καὶ οὐκ ἀηδές, ἄλλως τε καὶ τήνδε τὴν ὥραν τοῦ ἔτους τε καὶ τῆς ἡμέρας. Σω. Πρόαγε δή, καὶ σκόπει ἅμα ὅπου καθισόμεθα. Φαι. Ὁρᾷς οὖν ἐκείνην τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον; Σω. Τί μήν; Φαι. Ἐκεῖ σκιά τ' ἐστὶ καὶ πνεῦμα μέτριον, καὶ πόα καθίζεσθαι, ἢ ἐὰν βουλώμεθα κατακλιθῆναι. Proferam & alium locum Ciceronis ex I. Tuſc. ubi tamen unius tantum uocis interpretatio animaduertenda, nimirum quòd παῖδα maluerit Cicero puſionem quàm puerum interpretari. Verba Ciceronis ſunt hæc, Nam in illo libro qui inſcribitur Menon, puſionem quendam Socrates interrogat quædam geometrica, de dimenſione quadrati. Socrates autem ſic apud Platonem, Εἰπὲ δή μοι ὦ παῖ, γιγνώσκεις τετράγωνον χωρίον ὅτι τοιοῦτόν ἐστι; Poſſent uerò & alij loci Ciceronis cum Platone conferri, in quibus uidelicet, quamuis Platonem nõ nominet, uidetur tamen ad eius uerba alludere: ut quum has definitiones boni ponit lib. I I. de Fin. Bonũ ipſum etiã quid eſſet, fortaſſe, ſi opus fuiſſet, definiſſes: aut, quod eſſet natura appetẽdũ: aut, quod prodeſſet: aut, quod iuuaret: aut, quod liberet: hoc loco uidetur Latinis uerbis reddidiſſe hæc Græca Platonis, ἀγαθὸν, ὃ αὐτὸ αὑτοῦ χάριν ἀγαπῶμεν, καὶ τὸ δι' αὑτὸ αἱρετόν. alibi, τὸ ὠφελοῦν, τὸ ἡδύ, τὸ ἀγαθόν. Itẽ De fin. V, Quæ animi affectio ſuũ cuiq; tribuẽs, atq; hãc quã dico, ſocietatẽ coniunctionis humanæ munificè & æquè tuẽs, iuſtitia dicitur. Apud Platonẽ eſt, Δικαιοσύνη, ἕξις διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ. Itẽ, ἰσότης κοινωνική. ad quæ uerba Ciceronem reſpexiſſe credo. Addam & alium locum ex I I. de Fin. Primùm (inquit) diuiſit ineleganter. duo enim

genera quæ erant, fecit tria. hoc eſt non diuidere, ſed frãgere rem. qui ſi diceret, &c. Hîc nemo nõ ſuſpicetur eũ ex Platonis Phædro locum uoluiſſe exprimere Ciceronem, in quo ait Socrates, oportere in omni diſputatione τὸ κατ' εἴδη διατέμνειν κατ' ἄρθρα ᾗ πέφυκε, καὶ μὴ ἐπιχειρεῖν καταγνῦαι μέρος μηδὲν, κακοῦ μαγείρου τρόπῳ χρώμενον. Quin etiã De off. I, ubi ait, Sequuntur fratrũ coniunctiones, pòſt conſobrinorũ, ſobrinorûmq; : qui quũ una domo iã capi nõ poſſint, in alias domos tanquam in colonias exeunt : Cicero hîc non abſque ratione uideri poſſit ad illa Græca Platonis uerba reſpexiſſe, ἤγουν εἰς ἀποικίαν ἀφικνουμένους. Veruntamen quoniam propoſitum eſt nobis eos duntaxat locos proferre in quibus ſe Græca interpretari non diſſimulat Cicero : ut contentioſis hominibus os obſtruatur, iis Platonis locis quorũ ex Cicerone interpretationem protulimus, contenti in præſentia erimus : & relicto Platone ad Xenophontem ueniemus, ſi prius tres tantummodo locos ex eius Protagora cũ Ciceronis interpretatione contulerimus. qui quidem totũ dialogum Latinũ fecerat: ſed ex toto nihil præter tres particulas reperimus, quæ ſunt apud Priſcianum, duæ libro 6, una libro 8. ſed quæ poſterior eſt libro 6, eam priorem afferam, quòd prima ſint dialogi uerba, Quid tu, unde tandem appares ô Socrates? an quidẽ dubiũ nõ eſt quin ab Alcibiade? Græca uerba à quibus Plato dialogum exorditur, ſunt hæc, Πόθεν ὦ Σώκρατες φαίνῃ; ἢ δηλαδὴ ὅτι ἀπὸ κυνηγεσίου τοῦ περὶ τὴν Ἀλκιβιάδου ὥραν; ubi animaduertendum eſt, multo elegantius legi δῆλα δὴ ſeparatim, quàm δηλαδή. quod qui retinere uolet, expungat ὅτι neceſſe eſt. δῆλα δὴ autẽ nihilo magis nouũ eſt quàm δῆλα γὰρ δή. Altera particula eius dialogi quam Priſcianus affert bis eodem libro, hæc eſt, Quæ igitur poteſt eſſe indignitas uoluntatis ad moleſtiam, niſi in magnitudine aut lõ-

gitudine alteriuſutrius poſita? Plato ſic, Καὶ ὕς ἄλλη ἀναξία ἡδονὴ πρὸς λύπην ἐστίν, ἀλλ' ἢ ὑπερβολὴ ἀλλήλων καὶ ἔλλειψις. Ac in hoc Platonis loco Græca & Latina uerba tradēt operas mutuas: quia ex Græcis Latinos, ex Latinis uiciſſim Græcos codices emendabimus. Quid enim ſibi uult ille genitiuus uoluntatis: aut quis, ſimulac Græca conſpexerit, nō intelliget legendum eſſe uoluptatis? Rurſum quis non ex M. Tullij interpretatione deprehendet legendum in Platonis libro eſſe ἡδονῆς non ἡδονή. Nec tamen is ſum qui Græca uerba legibus Ciceronianæ interpretationis adſtringere uelim, ſi ullo modo ea qualia ſunt manere poſſint. ſed quis, uel tacente Cicerone, non uidet ἀναξία ſubſtantiuum nomen eſſe, non adiectiuum? quod quum ita ſit, quid fiet illo nominatiuo ἡδονή; Reſtat tertia hæc particula quam ex Priſciani lib. 8. deſcripſi, Nunc à uobis Protagora & Socrates poſtulo, concedatis alter alteri, & inter uos de huiuſcemodi rebus controuerſemini, non concertetis. Græca uerba ſunt iſta, Ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες ἀξιῶ ὑμᾶς συγχωρεῖν, καὶ ἀλλήλοις περὶ τῶν λόγων ἀμφισβητεῖν μὲν, ἐρίζειν δὲ μή. Atque hæc eſt tertia particula, quæ, ut reliquæ duæ, mihi non inuenta, reperta eſt: utinam autem corpus ex quo ſumptæ fuerunt illæ, aut mihi aut meorū amicorum alicui uel reperire uel inuenire aliquando contingat.

XENOPHONTIS.

CIC. Tuſc. II, Itaque ſemper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat: cuius in primis laudabat illud, quòd diceret eoſdem labores non eſſe æquè graues imperatori & militi: quòd ipſe honos laborem leuiorem faceret imperatori. XENOPHONTIS locus eſt libro I. Κύρου παιδείας, ubi Cambyſes Cyrum filium inſtituens, inter cætera hæc illi dicit, Θάῤῥει μέντοι, ἔφη, ὦ παῖ. εὖ γὰρ ἴσθι τοῦτο, ὅτι τῷ

ὁμοίων σωμάτων οἱ αὐτοὶ πόνοι οὐχ ὁμοίως ἅπτονται, ἄρχοντος τὲ ἀνδρὸς καὶ ἰδιώτου διὰ ἐπικουφίζει τι ἡ τιμὴ τοὺς πόνους τῷ ἄρχοντι.

CIC. *Tuſc.* I, *de Theramene loquens*, *Etſi enim flemus quum legimus: tamen non miſerabiliter uir clarus emoritur: qui quum coniectus in carcerem triginta iuſſu tyrannorum, uenenum ut ſitiens obbibiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit ut id reſonaret. Quo ſonitu reddito, ridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ: qui in eum fuerat teterrimus.* XENOPHON ἑλλην. *lib.* II, Καὶ ἐπεί γε ἀποθνήσκειν ἀναγκαζόμενος τὸ κώνειον ἔπιε, τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτὸν, Κριτίᾳ τοῦτ᾽ ἔστω τῷ καλῷ. *Hîc autem obſerua quot uerbis Latinis opus fuerit Ciceroni ad exprimendum Græcum unum* ἀποκοτταβίσαντα.

CIC. I. *De natura deorum*, *Xenophon facit in iis quæ à Socrate dicta retulit, Socratē diſputantem, formam dei quæri non oportere, eundémque & ſolem & animum, deum dicere: & modò unū, tum autē plures deos.* XENOPHON *lib.* 4. *eorum quæ à Socrate dicta retulit* (*ſic enim Cicero interpretatur* ἀπομνημονεύματα) *hæc facit dicentem Euthydemo Socratem*, Ὅτι δέ γε ἀληθῆ λέγω, καὶ σὺ γνώσῃ, ἂν μὴ ἀναμένῃς ἕως ἂν τὰς μορφὰς τῶν θεῶν ἴδῃς, ἀλλ᾽ ἐξαρκῇ σοι τὰ ἔργα αὐτῶν ὁρῶντι σέβεσθαι καὶ τιμᾶν τοὺς θεούς. *Paulo pòſt*, Ἐννόει δ᾽ ὅτι καὶ ὁ πᾶσι φανερὸς δοκῶν εἶναι ἥλιος, οὐκ ἐπιτρέπει &c. *Non multo pòſt*, Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀνθρώπου γε ψυχὴ, εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν ἀνθρωπίνων, τοῦ θείου μετέχει.

CIC. *De fin.* II, *Idque Socratem, qui uoluptatē nullo loco numerat, audio dicentem: cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim.* XENOPHON ἀπομν. 1, σίτῳ μὲν τοσούτῳ ἐχρῆτο, ὅσον ἡδέως ἤσθιε, καὶ ἐπὶ τοῦτο οὕτως παρεσκευασμένος ᾔει, ὥστε τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου ὄψον αὐτῷ εἶναι. ποτὸν δὲ πᾶν ἡδὺ ἦν αὐτῷ, διὰ τὸ μὴ πίνειν εἰ μὴ διψῴη. *Siue Cicero ad hæc Xenophontis*

uerba reſpexerit, ſiue ipſum ut à Socrate prolatum erat apophthegma exprimere uoluerit: hoc ſaltem conſtat ex iſto loco, ὄψον Ciceronem uertere condimentum. IDEM Cic. *paulo pòſt, Sit uoluptas non minor in naſturtio illo, quo ueſci Perſas eſſe ſolitos ſcribit* Xenophon, *quàm in* Syrac. *&c.* Idem Tuſc. V, Perſas *negat* Xenophon *ad panem adhibere quicquam præter naſturtium.* Xenophontis *uerba ſunt, in* I. Pædiæ Cyri, Οὐ παρὰ μητρὶ σιτοῦνται οἱ παῖδες, ἀλλὰ παρὰ τῷ διδασκάλῳ, ὅταν οἱ ἄρχοντες σημήνωσι. φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτα μὲν, ἄρτους, ὄψον δὲ, κάρδαμον. Diligenter *autem hîc obſerua quomodo uſurparit* Cicero *hoc loquendi genus, Ad panem adhibere naſturtium.*

CIC. De ſenect. *Cyrus autem apud* Xenophontem *eo ſermone quem moriens habuit, quum admodum ſenex eſſet, negat ſe unquam ſenſiſſe ſenectutem ſuam imbecilliorem factam quàm adoleſcẽtia fuiſſet.* XENOPH. Pædiæ VIII, Ὥστε καὶ τοὐμὸν γῆρας οὐδεπώποτε ᾐσθόμην τῆς ἐμῆς νεότητος ἀσθενέστερον γιγνόμενον. IDEM Cic. *in eodem libello,* Me *uerò & magiſteria delectãt à maioribus inſtituta, & is ſermo qui more maiorum à ſummo magiſtro adhibetur in poculo: & pocula, ſicut in* Sympoſio Xenophontis, *minuta atque rorantia.* IDEM Xenophon *eo quem* Cicero *nominauit libro,* Οὕτω δὲ καὶ ἡμεῖς, ἢν μὲν ἀθρόον τὸ ποτὸν ἐγχεώμεθα, ταχὺ ἡμῖν καὶ τὰ σώματα καὶ αἱ γνῶμαι σφαλοῦνται, καὶ οὐδὲ ἀναπνεῖν, μὴ ὅτι λέγειν τι, δυνησόμεθα· ἢν δὲ ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψακάζωσιν (ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν Γοργιείοις ῥήμασιν εἴπω) οὕτως οὐ βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου μεθύειν ἀλλ᾽ ἀναπειθόμενοι, πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον ἀφιξόμεθα. *Verba quæ* Cicero *interpretatur ſunt hæc,* μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψακάζωσιν. *lego totũ locum profero ut rectius uerba* Græca *& eorum interpretatio conſiderari poſſint.* Certè ἐπιψακάζωσι *ſignificat rorantia po-*

cula fundant, uel miniſtrent, μεταβατικῶς. ſed Cicero omiſſo uerbo, hæc ſuo ſermoni adaptauit.

CIC. De diu. I, *Et Socrates quidem (quo quem authorē meliorem quærimus?) Xenophonti conſulenti ſequeretúrne Cyrum, poſteaquam expoſuit quæ ſibi uidebantur, Et noſtrum quidem, inquit, humanum eſt conſilium: ſed de rebus & obſcuris & incertis ad Apollinem cenſeo referendum: ad quem etiam Athenienſes publicè de maioribus rebus ſemper retulerunt.* XENOPHON *circa initium lib.* III. Κύρου ἀναβάσεως, *de ſe ipſo narrans,* Ὁ μέντοι Ξενοφῶν ἀναγνοὺς τὴν ἐπιστολὴν, ἀνακοινοῦται Σωκράτει τῷ Ἀθηναίῳ περὶ τῆς πορείας. καὶ ὁ Σωκράτης ὑποπτεύσας μήτι πρὸς τῆς πόλεως οἱ ὑπαίτιον εἴη, Κύρῳ φίλον γενέσθαι, ὅτι ἐδόκει ὁ Κῦρος προθύμως τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπὶ τὰς Ἀθήνας συμπολεμῆσαι· συμβουλεύει τῷ Ξενοφῶντι, ἐλθόντι εἰς Δελφοὺς, ἀνακοινῶσαι τῷ θεῷ περὶ τῆς πορείας. *Hic obſerua præcipue quomodo Latinè uertat Cicero,* ἀνακοινοῦται περὶ τῆς πορείας. *Quomodo autem addat Cicero ad ea quæ ſunt apud Xenophontem, rurſus illorum quæ apud eum ſunt, nonnulla omittat, ipſe uiderit. Sed & uerba Ciceronis quæ proximè præcedūt ea quæ modò protuli, prætermittenda non ſunt. ait igitur ille, Hoc nimirum eſt illud quod de Socrate accepimus, quódque ab ipſo in libris Socraticorum ſæpe dicitur, eſſe diuinum quiddam, quod dæmonium appellat, cui ſemper ipſe paruerit, nunquam impellenti, ſæpe reuocanti.* XENOPH. *initio* I. ἀπομν. Διετεθρύλλητο γὰρ ὡς φαίη Σωκράτης τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ σημαίνειν. *Paulo poſt,* Σωκράτης δ' ὥσπερ ἐγίγνωσκεν, οὕτως ἔλεγε. τὸ δαιμόνιον γὰρ ἔφη σημαίνειν· καὶ πολλοῖς τῶν ξυνόντων προηγόρευε τὰ μὲν ποιεῖν, τὰ δὲ μὴ ποιεῖν, ὡς τοῦ δαιμονίου προσημαίνοντος. *Idem circa finem* IIII, Εἰ δέ τις ὅτι φάσκοντος αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ προσημαίνειν ἅτε δέοι καὶ ἃ μὴ δέοι ποιεῖν, ὑπὸ τῶν δικαστῶν κατεγνώσθη θάνατος, οἴεται αὐτὸν ἐλέγχε-

σθαι περὶ τοῦ δαιμονίου ψευδόμενον, ἀπονοσάτω, &c. Hîc non inuenis illa uerba Ciceronis, nunquam impellenti, ſæpe reuocanti. Sed quũ dicat in libris Socraticorũ, nec Xenophontem nominatim citet, aliunde hoc petiiſſe uideri poſſit. Cæterum quæ in loco proxime citato habebantur, dixiſſe Socratem, ſe de rebus & obſcuris & incertis ad Apollinem cenſere referendum: ea habes apud Xenophontem in illo I. lib. ἀπομν. non procul ab iis quæ inde protulimus, περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ὅπως ἀποβήσοιτο, μαντευομένους ἔπεμπεν εἰ ποιητέα. quanquam illud μαντευομένους generalius eſt. Verùm hos poſtremos locos, quaſi auctarium, ego profero: parum enim ad inſtitutum noſtrũ conferunt. ſed ſi eos omitterem, timui ne quos omiſiſſem conſultò, imprudens prætermiſiſſe uiderer. Quod etiam me mouet ut antequam hunc authorem de manibus ponam, proferam iſtum ex OEconomico eius locum, Ἔστι μὲν γὰρ πενία αὕτη σαφὴς, τὸ δεόμενόν τινος μὴ ἔχειν χρῆσθαι. Pauciſſimis uerbis interiectis, Ἔστι δ᾽ οὐδὲν οὕτως ὦ γύναι οὔτ᾽ εὔχρηστον οὔτε καλὸν ἀνθρώποις ὡς τάξις. καὶ γὰρ χορὸς ἐξ ἀνθρώπων συγκείμενός ἐστιν· ἀλλ᾽ ὅταν μὲν ποιῶσιν ὅ,τι ἂν τύχῃ ἕκαστος, ταραχή τις φαίνεται, καὶ θεᾶσθαι ἀτερπές· ὅταν δὲ τεταγμένως ποιῶσι καὶ φθέγγωνται, ἅμα οἱ αὐτοὶ οὗτοι, καὶ ἀξιοθέατοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ ἀξιάκουστοι. Audi elegantiſſimam huius loci interpretationem. Nam uetus eſt prouerbium, paupertatem certiſſimam eſſe, quum alicuius indigeas, uti eo non poſſe, quia ignoretur ubi proiectum iaceat quod deſideratur. Itaque in re familiari laborioſior eſt negligentia quàm diligentia. Quis enim dubitet, nihil eſſe pulchrius in omni ratione uitæ, diſpoſitione atque ordine? Quod etiam ludicris ſpectandis licet ſæpe cognoſcere. nam ubi chorus canentium non ad certos modos, neque numeris præeũtis magiſtri conſenſit, diſſonum quiddam ac tumultuoſum audientibus canere uidetur: at ubi certis numeris

ac pedibus uelut facta conſpiratione conſenſit atque concinuit, ex eiuſmodi uocum concordia, non ſolùm ipſis canentibus amicum quiddam & dulce reſonat, uerumetiam ſpectantes audientéſque lætiſſima uoluptate permulcentur. Hãc interpretationem reperies apud Columellam lib, 12. cap. 2, qui Ciceronis eam eſſe non dicit: nec uerò dicere neceſſe habuit (meo quidẽ iudicio) quũ antea ex Xenophontis OEconomico ſatis multa petens, interpretem ſe Ciceronem ſequi, ſemel atque iterũ nos admonuiſſet. ut in eiuſdem libri præfatione, Hæc in OEconomico, inquit, Xenophon & deinde Cicero, qui eũ Latinæ cõſuetudini tradidit, nõ inutiliter diſſeruerũt. Sed & lib. 11. cap. 1, Itaque in OEconomico Xenophõtis, quem M. Cicero Latinõ ſermoni tradidit, uir egregius ille Iſchomachus Atheniẽſis rogatus à Socrate, utrũmne ſi res familiaris deſideraſſet, mercari uillicum, tanquam fabrum, an, &c. Quin etiam in fine cap. 2. libri 12, quædam ex Xenophonte petiturus, ait, De quibus omnibus M. Cicero authoritatem Xenophontis ſequutus in OEconomico ſic inducit Iſchomachum ſciſcitanti Socrati hæc narrantem, *Præparatis idoneis locis, inſtrumentum & ſupell. &c.* Nec uerò elegantia cedit hæc interpretatio ulli reliquarum quas nominatim ipſe Columella Ciceroni tribuit, ut propterea ſuſpecta nobis eſſe debeat. Quæ quamuis ita ſint, ego tamen, ne alicuius nimium religioſi lectoris conſcientiæ ſcrupulũ inijciam, ex omnibus aliis locis, præterquam ex hoc, Ciceronianarum interpretationum formulas petam.

AVTHORVM DIVERSORVM ALII *loci à Cicerone citati.*

CICERO De off. II, *Mihi quidem non apud Medos ſolùm, ut ait Herodotus, ſed etiam apud maiores noſtros, iu-*

ſtitiæ fruendæ cauſa uidentur olim bene morati reges conſtituti. HERODOTVS *lib.* I, *qui* Clio *inſcribitur*, Οὐ γὰρ δὴ τρόπῳ τῷ παρεόντι χρεώμενοι, δυνατοὶ εἰμὲν οἰκέειν τὴν χώρην· φέρε στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα· καὶ οὕτω ἥ τε χώρη εὐνομήσεται, καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα, οὐδὲ ὑπ' ἀνομίης ἀνάστατοι ἐσόμεθα. CIC. De *diuin.* I, *Eiuſdem autem generis etiam illud eſt quod ſcribit* Herodotus: *Crœſi filium, quum eſſet infans, loquutum. quo oſtento regnum patris & domum funditus concidiſſe.* Herod. eodem libro, Ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος ὡς εἶδε ἐπιόντα τὸν Πέρσην, ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔρρηξε φωνήν. εἶπε δέ, ὤνθρωπε, &c. Paulo poſt, Οἱ δὲ Πέρσαι τάς τε δὴ Σάρδις ἔσχον καὶ αὐτὸν Κροῖσον ἐζώγρησαν, ἄρξαντα ἔτεα τεσσαρεσκαίδεκα καὶ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας πολιορκηθέντα, κατὰ τὸ χρηστήριόν τε καὶ καταπαύσαντα τὴν ἑωυτοῦ μεγάλην ἀρχήν. *Obſeruandum hîc maluiſſe Ciceronem interpretari* ἄφωνον *infantem, quàm mutum: præſertim quum* Latina *illa uox ambigua ſit.* CIC. De *fin.* II, *Nam quū ſemel eſt ſuſcepta beata uita, tam permanet, quàm ipſa illa effectrix beatæ uitæ ſapientia: neque expectat ultimum tempus ætatis: quod* Crœſo *ſcribit* Herodotus *præceptum à* Solone. Idem De *fin.* III, *Nec expectet ullum tempus ætatis, ut tum denique iudicetur beatúſne fuerit quum extremum uitæ diem morte confecerit.* Herod. *lib.* I, *ubi* Crœſo *reſpōdet* Solon, Ἐμοὶ δὲ σὺ καὶ πλουτέειν μέγα φαίνεαι, καὶ βασιλεὺς εἶναι πολλῶν ἀνθρώπων. ἐκεῖνο δὲ τὸ εἴρεό με, οὔκω σε ἐγὼ λέγω, πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύθωμαι. Interrogauerat autem Solonē *Crœſus*, Νῦν ὦν ἵμερος ἐπείρεσθαί με ἐπῆλθε, εἴ τινα ἤδη πάντων εἶδες ὀλβιώτατον. Idē Her. eodē libro, Τῷ δὲ Κροίσῳ ἑστεῶτι ἐπὶ τῆς πυρῆς, ἐσελθεῖν, καίπερ ἐν κακῷ ἐόντι τοσούτῳ, τὸ τοῦ Σόλωνος, ὥς οἱ εἴη σὺν θεῷ εἰρημένον τό, μηδένα εἶναι τῶν ζώντων ὄλβιον.

CICERO *in* Oratore, *de* Demoſthene *loquens*, Acta-

men in hoc ipſo diligenter examinante uerborum omnium pondera, reprehendit AEſchines *quædam & exagitat: illudén'que, dura, odioſa, intolerabilia eſſe dicit: quinetiam quærit ab ipſo, quum quidem eum belluam appellet, utrum illa, uerba, an portẽta ſint. ut* AEſchini *ne* Demoſthenes *quidem uideatur* Atticè *dicere.* Facile *eſt enim uerbum aliquod ardens, ut ita dicam, notare, idque, reſtinctis iam animorum incendiis, irridere.* Itaque *ſe purgans iocatur* Demoſthenes: *negat in eo poſitas eſſe fortunas* Græciæ, *in hoc * in eum, huc an illuc manũ porrexerit.* AESCHINES *aduerſus* Cteſiphontem, Οὐ μέμνησθε αὐτοῦ τὰ μιαρὰ καὶ ἀπίθανα ῥήματα, ἃ πῶς ποθ' ὑμεῖς ὦ σιδήρεοι ἐκαρτερεῖτε ἀκροώμενοι; Statim pôſt, Ταῦτα δὲ τίνος ἐστὶν ὦ κίναδος ῥήματα ἢ θαύματα; DEMOSTHEN. *autẽ ſe purgãs, ita iocatur,* Παίου γὰρ παρ' ὅτω (οὐχ ὁρᾷς;) γέγονε τὰ τῶν ἑλλήνων πράγματα, εἰ τουτὶ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τουτὶ διελέχθην ἐγώ, ἢ δευρὶ τὴν χεῖρα, ἀλλὰ μὴ δευρὶ παρήνεγκα. Q*uæ quidem uerba in* Demoſthenis *ſermone per parentheſin interiecta ſunt.* Rurſus CIC. *eodem libro,* Eſt *autem in dicendo etiam quidam cantus obſcurior, non hic è* Phrygia *&* Caria *rhetorum epilogus, penè canticum: ſed ille quem ſignificat* Demoſthenes *&* AEſchines, *quũ alter alteri obijcit uocis flexiones. dicit plura etiã* Demoſthenes, *illũmq; ſæpe dicit uoce dulci & clara fuiſſe.* In *quo illud, &c.* Loci Demoſthenis *in oratione* περὶ στεφάνου *ſunt hi,* Καὶ ἀνιστὰς ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ καὶ κελεύων λέγειν, ἔφυγον κακόν, εὗρον ἄμεινον· ἐπὶ τῷ μηδένα πώποτε τηλικοῦτον ὀλολύξαι, σεμνυνόμενος. καὶ ἔγωγε νομίζω. μὴ γὰρ οἴεσθ' αὐτὸν φθέγγεσθαι μὲν οὕτω μέγα, ὀλολύζειν δ' οὐχ ὑπέρλαμπρον. Item, Καὶ ἔμοιγε δοκεῖς ἐκ τούτων Αἰσχίνη τῶν λόγων ἐπίδειξίν τινα φωνασκίας βουλόμενος ποιήσασθαι, τοῦτον προελέσθαι τὸν ἀγῶνα, οὐκ ἀδικήματος οὐδενὸς λαβεῖν τιμωρίαν. ἔστι δ' οὐχ ὁ λόγος τοῦ ῥήτορος Αἰσχίνη τίμιος, οὐδ' ὁ τόνος

τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τὸ ταυτὰ πρ. &c. Item, Χειροτονῶν γὰρ ὁ δῆμος τὸν ἐροῦντ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι παρ' αὐτὰ τὰ συμβαίνοντα, οὐ σὲ ἐχειροτόνησε προβληθέντα, καίπερ εὔφωνον ὄντα. Item, Εἶτ' ἐπὶ τούτῳ τῷ καιρῷ ῥήτωρ ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἡσυχίας, ὥσπερ πνεῦμα, ἐφάνη· καὶ πεφωνασκηκὼς καὶ συνειλεχὼς ῥήματα καὶ λόγους, συνείρει τούτους σαφῶς καὶ ἀπνευστί. cum his quatuor Demoſthenis locis (quos eo poſui quo apud illum habentur ordine) Ciceronis uerba conferenda tibi relinquo. IDEM Cic. Tuſc. III, Itaque & AEſchines in Demoſthenem inuehitur quòd is ſeptimo die poſt filiæ mortē hoſtias immolaſſet. at quàm rhetoricé? quàm, &c. Demoſthenis in eadem oratione uerba ſunt hæc, Ἑβδόμην δὲ ἡμέραν τῆς θυγατρὸς αὐτῷ τετελευτηκυίας, πρὶν πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, στεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβών, ἐβουθύτει. IDEM in fine libri De opt. gen. orat. AEſchinis & Demoſthenis orationes Latinè uertere aggreſſurus, ait, Sed aggrediamur iam quod ſuſcepimus, ſi prius expoſuerimus quæ cauſa in iudicium deducta ſit. Quum eſſet lex Athenis ne quis populi ſcitum faceret ut quiſquam corona donaretur in magiſtratu priuſquam rationes retuliſſet: & altera lex, eos qui à populo donarentur, in concione donari debere: quia in Senatu Demoſthenes curator muris reficiendis fuit, eóſque refecit pecunia ſua: de hoc igitur Cteſiphon ſcitum fecit, nullis ab ipſo rationibus relatis, ut corona aurea donaretur: eáque donatio fieret in theatro populo conuocato (qui locus non eſt concionis legitimæ) atque ita prædicaretur, eum donari uirtutis ergò beneuolentiæque quam erga populum Athenienſem haberet: Hunc igitur Cteſiphontem in iudicium adduxit AEſchines, quòd contra leges ſcripſiſſet, ut & rationibus non relatis corona donaretur, & ut in theatro, & quòd de uirtute eius & beneuolentia falſa ſcripſiſſet: quoniam Demoſthenes nec uir bonus eſ-

ſet, nec benemeritus de ciuitate. Paulo pòſt, Itaque cauſa fuit AEſchini, quoniam ipſe à Demoſthene eſſet capitis accuſatus quòd legationem ementitus eſſet, ut ulciſcendi inimici cauſa, nomine Cteſiphontis iudiciũ fieret de factis famáque Demoſthenis. Non enim tam multa dixit de rationibus non relatis, quàm de eo quòd ciuis improbus, ut optimus, laudatus eſſet. Hanc multam AEſchines à Cteſiphonte petiit quadriennio ante Philippi Macedonis mortem, ſed iudicium factum eſt aliquot annis pòſt, Alexandro iam Aſiam tenente. ad quod iudiciũ, &c. Quæ uerba Latina Ciceronis quibus Græcis AEſchinis & Demoſthenis uerbis reſpondeant, uidẽdũ eſt. Quũ eſſet lex, ne quis, &c. νόμου ἀπαγορεύοντος, μηδένα, *&c. Populi ſcitũ facere,* γράφειν ψήφισμα. *Corona donari.* στεφανοῦσθαι. *In magiſtratu.* μεταξὺ ἄρχοντα. *Priuſquam rationes retuliſſet.* πρὶν λόγον, πρὶν εὐθύνας δοῦναι. *uel,* ὑπεύθυνον ὄντα. *Quum lex eſſet, eos in concione donari debere. ſub. corona.* κελεύοντος τοῦ νόμου, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ στεφανοῦν. *Curator muris reficiendis.* ἐπιμελητὴς τῆς τῶν τειχῶν ἐπισκευῆς. *uel uno uerbo,* τειχοποιός. *Eóſque refecit pecunia ſua.* προσαναλώσας εἰς τὰ ἔργα ἀπὸ τῆς ἰδίας οὐσίας τρία τάλαντα, ἐπέδωκε ταῦτα τῷ δήμῳ. *Cteſiphon ſcitum fecit ut corona aurea donaretur: eáque donatio fieret in theatro, populo conuocato: atque ita prædicaretur, eum donari uirtutis ergô beneuolentiæque quam ergo populum Athenienſem haberet.* Κτησιφῶν ἔγραψε ψήφισμα, ὡς ἄρα δεῖ στεφανῶσαι Δημοσθένην χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅτι στεφανοῖ ὁ δῆμος Δημοσθένην χρυσῷ στεφάνῳ, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας ἧς ἔχων διατελεῖ ἐν παντὶ καιρῷ εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων. *uel,* στεφανῶσαι Δημοσθένην χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ. *Cteſiphontem in iudiciũ adduxit AEſchines, quòd contra leges ſcripſiſſet, ut & rationibus non relatis*

corona donaretur, & ut in theatro: & quòd de uirtute eius & beneuolentia falſa ſcripſiſſet: quoniam Demoſthenes *nec uir bonus eſſet, nec bene meritus de ciuitate.* Αἰσχίνης ἀπήνεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος, ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα ὡς ἄρα δεῖ ὑπεύθυνον στεφανῶσαι Δημοσθένην, καὶ ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ ὅτι στεφανοῖ ὁ δῆμος Δημοσθένην χρυσῷ στεφάνῳ, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας ἧς ἔχων διατελεῖ εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἀνδραγαθίας, καὶ διότι διατελεῖ πράττων καὶ λέγων τὰ βέλτιστα τῷ δήμῳ, καὶ πρόθυμός ἐστι ποιεῖν ὅ,τι ἂν δύνηται ἀγαθόν· πάντα ταῦτα ψευδῆ γράψας καὶ παράνομα. *Quoniam non eſſet bene meritus de ciuitate.* ὡς οὔτ᾽ ἤρξατο λέγειν τὰ βέλτιστα, οὔτε νῦν διατελεῖ πράττων τὰ συμφέροντα τῷ δήμῳ. *uel,* οὐ τὰ βέλτιστα τῷ δήμῳ πεπολίτευται. *Quum autem dicit* Cicero, *Quòd legationẽ ementitus eſſet, eleganter explicat quæ uno uerbo* Græcè *dicitur* παραπρεσβεία.

CIC. *Tuſc.* V, *Sed hoc iſne dicit, qui, quum dolorem, non modò maximum malum, ſed ſolũ malum etiam dixerit, toto corpore opprimi poſſit doloribus acerrimis, tum quum maximè contra fortunam glorietur? quod idem melioribus etiã uerbis* Metrodorus, *Occupaui, inquit, te fortuna atque cepi, omnéſque aditus tuos interclusi, ut ad me aſpirare non poſſes.* METRODORI *uerba ſunt,* Προκατείλημμαί σε ὦ τύχη, καὶ πᾶσαν τὴν σὴν ἀφῄρηκα παρείσδυσιν.

CIC. *eodẽ libro, Eſt apud* Heraclitum *phyſicum de principe* Epheſiorũ Hermodoro: *uniuerſos aut* Epheſios *eſſe morte multandos, quòd quum ciuitate expellerent* Hermodorũ, *ita loquuti ſunt,* Nemo *de nobis unus excellat, ſed ſi quis extiterit, alio in loco & apud alios ſit.* HERACLITI *uerba apud* Diogenem Laertiũ *ſunt hæc,* Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν πᾶσι, καὶ τοῖς ἀνήβοις τὴν πόλιν καταλιπεῖν, οἵτινες

Ἑρμόδωρον ἑωυτῶν ὀνήϊστον ἐξέβαλον, λέγοντες, ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήϊστος ἔστω. εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλῃ τε καὶ μετ᾽ ἄλλων. Eſt apud me quædam Heracliti epiſtola (quæ inter eas non eſt quas edidit Aldus) ad Hermodorum hunc ſcripta: cuius eſt hoc principium, Ἄχρι τίνος Ἑρμόδωρε κακοὶ ἔσονται ἄνθρωποι, καὶ οὐκέτι ἕκαστος ἰδίᾳ, ἀλλὰ κοινῇ πόλεις ὅλαι; Ἐφέσιοί σε ἀνδρῶν ὄντα ἄριστον ἐλαύνουσιν. ἀντὶ τίνος ἢ ὅτι, &c.

CIC. in Lucullo, Naturam accuſa, quæ in profundo ueritatem (ut ait Democritus) penitus abſtruſerit. Idem Acad. quæſt. I, Et (ut Democritus) in profundo ueritatem eſſe demerſam. DEMOCR. αἰτίῃ οὐδὲν ἴσμεν. ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια.

CIC. lib. I. De natura deorum, de Epicuro loquens, Itaque in illis ſelectis eius breuibúſque ſententiis, quas appellatis κυρίας δόξας, hæc, ut opinor, prior ſententia eſt, Quod beatum & immortale eſt, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium. EPICVRVS, Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει.

CIC. De leg. III, Nec uerò ſolùm ut obtemperent obediántque magiſtratibus, ſed etiã ut eos colant diligántque, præſcribimus: ut Charondas in ſuis facit legibus. CHARONDAE uerba apud Stobæum hæc ſunt, Χρὴ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας εὔνοιαν διαφυλάττειν καθάπερ πατρικήν, ἀπιθοῦντας καὶ σεβομένους.

CIC. De ſenect. Diuinitus enim Plato eſcam malorum, uoluptatem appellat: quòd ea uidelicet homines capiãtur, ut hamo piſces. Græca uerba ſunt, δέλεαρ τῶν κακῶν ἡ ἡδονή.

CIC. De leg. II, Sed uideamus Platonẽ, qui iuſta funerũ reijcit ad interpretes religionũ. PLATO lib. XII. νομων, Περὶ τελευτησάντας δὴ, εἴτε τις ἄῤῥην, εἴτε τις θῆλυς ᾖ, τὰ μέν τε εἰ τὰ θεῖα νόμιμα τῶν τε ὑπὸ γῆς θεῶν καὶ τῶν τῇδε ὅσα προσήκει τελεῖσθαι, τοὺς ἐξηγητὰς γίγνεσθαι κυρίους φράζοντας.

CARMINA HOMERI ET ALIO-
rum quorundam poetarum: quorum ſenſum Cicero expreſſit oratione ſoluta.

CIC. *Tuſcul.* IIII, *At ſine gladiatoria iracundia uidemus progredientem apud* Homerum *Aiacem multa cum hilaritate, quum depugnaturus eſſet cum* Hectore. *cuius, ut arma ſumpſit, ingreſſio lætitiam attulit ſociis, terrorem autem hoſtibus. ut ipſum* Hectorem *(quemadmodum eſt apud* Homerum*) toto pectore trementem prouocaſſe ad pugnam pœniteret.* Ιλιάδ. η,

Τοῖος ἄρ Αἴας ὦρτο πελώριος, ἕρκος Ἀχαιῶν,
Μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι. νέρθε δὲ ποσὶν
Ηϊε μακρὰ βιβὰς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος.
Τὸν δὲ καὶ Ἀργεῖοι μὲν ἐγήθεον εἰσορόωντες·
Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον,
Ἕκτορί τ᾽ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσεν.
Ἀλλ᾽ οὔπως ἔτι εἶχεν ὑποτρέσαι, οὐδ᾽ ἀναδῦναι
Ἂψ λαῶν ἐς ὅμιλον· ἐπεὶ προκαλέσσατο χάρμῃ.

CIC. De *ſenect.* Videtiſne *ut apud* Homerum *ſæpiſſime* Neſtor *de uirtutibus ſuis prædicat? tertiam enim iam ætatem hominum uiuebat: nec erat ei uerendum ne uera de ſe prædicans, nimis uideretur aut inſolẽs aut loquax. Etenim, ut ait* Homerus, *ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio. quã ad ſuauitatẽ nullis egebat corporis uiribus. & tamen ille dux* Græciæ *nũquã optat ut* Aiacis *ſimiles decẽ habeat: at ut* Neſtoris. *quod ſi acciderit, non dubitat quin breui* Troia *ſit peritura.* Quod dicit Cicero, *tertiã ætatem hominum uiuebat, eſt apud* Homerũ Ιλιάδ. α, -- μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν. *Sed hæc pauca uerba, tertiã ætatem hominum uiuebat, ſenſum exponunt horum trium uerſuum,*

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν, ἠδ' ἐγένοντο
Ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ· μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν. Quos uerſus proxime præcedit hic, Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, quẽ Cicero interpretatur, quũ ait, Ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio. Reliqua quæ affert, ex Ἰλιάδος β, ſunt, ubi ita loquitur Agamemnon,

Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν·
Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος.

CIC. Tuſc. I, Nec Homerum audio, qui Ganymedem à diis raptum ait propter formam, ut Ioui pocula miniſtraret. HOM. Ἰλιάδος υ,

—καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης,
Ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων·
Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν,
Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

CIC. De diuin. I, De Tireſia etiam apud inferos Homerus ait, Solum ſapere, cæteros umbrarum uagari modo. HOM. Ὀδυσ. κ,

Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
Οἴῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

CIC. De leg. I, Aut quòd Homericus Vlyſſes Deli ſe proceram & teneram palmam uidiſſe dixit. HOM. Ὀδυσ. ζ,

Δήλῳ δή ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ
Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα.

CIC. De orat. III, Vt ille apud Homerum Phœnix qui ſe à Peleo patre Achilli iuueni comitem eſſe datum dicit ad bellum, ut illum efficeret oratorem uerborũ actorémque rerum. HOM. Ἰλιάδ. ι,

Τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα,
Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

CIC. Epiſt. ad Att. lib. IX, Antè ſolicitus eram & angebar, ſicut res ſcilicet ipſa cogebat, quum cõſilio explicare nihil poſſem: nunc autem, poſtquam Pompeius & conſules ex Italia exierunt, nõ angor, ſed ardeo dolore, οὐδέ μοι ἦτορ Ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι. Non ſum, inquam, mihi crede, mentis compos. tãtum mihi dedecoris admiſiſſe uideor. Obſerua hîc ut Cicero uerba Homeri interpretetur. quoniam enim quod Græcis illius uerbis iam ſignificauerat, Latinis rurſus exponere uolebat, uoce Inquam repetitioni apta uſus eſt. Homeri uerba ſunt Ἰλιάδος ι.

CIC. De ſenect. Augúrque quum eſſet, dicere auſus eſt, optimis auſpiciis ea geri quæ pro Reipub. ſalute fierent. Non poſſit elegantius exprimi ſenſus huius uerſus Homerici, Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. cuius tamen uerſus Cicero non meminit. Sunt autem alij aliquot loci Homerici qui ab illo proferũtur, à me conſultò prætermiſſi, quòd apud eum Homericorum uerborum interpretationem nõ agnoſcã, ut quum ait Tuſcul. V, At uerò Polyphemum Homerus quũ immanem ferúmque finxiſſet, cum ariete etiam colloquentem facit, eiúſque laudare fortunas, quòd quà uellet, ingredi poſſet, & quæ uellet, attingeret. Hæc Cicero. at quæ ſunt uerba quibus Homerus laudat eius fortunas, quòd quà uellet, ingredi poſſet, & quæ uellet, attingeret? Homeri enim uerſus hi ſunt, Ὀδυσσείας ι,

Κελὲ πέπον, τί μοι ὧδε διὰ σπέος ἔσσυο μήλων
Ὕστατος; οὔ τι πάρος γε λελειμμένος ἔρχεαι οἰῶν,
Ἀλλὰ πολὺ πρῶτος νέμεαι τέρεν' ἄνθεα ποίης,
Μακρὰ βιβὰς, πρῶτος δὲ ῥοὰς ποταμῶν ἀφικάνεις,
Πρῶτος δὲ σταθμόνδε λιλαίεαι ἀπιέεσθαι
Ἑσπέριος· νῦν αὖτε πανύστατος. ἦ σύ γ' ἄνακτος
Ὀφθαλμὸν ποθέεις, τὸν ἀνὴρ κακὸς ἐξαλάωσε,

Σὺν λυγροῖς ἑτάροισι δαμασσάμενος φρένας οἴνῳ,
Οὖτις, ὃν οὔπω φημὶ πεφυγμένον εἶναι ὄλεθρον.
Εἰ δὴ ὁμοφρονέοις ποτιφωνήεις τε γένοιο
Εἰπεῖν ὅππη κεῖνος ἐμὸν μένος ἠλασκάζει,
Τῷ κέ οἱ ἐγκέφαλός γε διὰ σπέος ἄλλυδις ἄλλῃ
Θεινομένου ῥαίοιτο πρὸς οὔδεϊ, κὰδ δὲ ἐμὸν κῆρ
Λωφήσειε κακῶν, τά μοι οὐτιδανὸς πόρεν Οὖτις. *Totum locum adſcripſi, ut lectori conſiderandum relinquam quorſum hæc dixerit Cicero. Sed & illud nõ immeritò quæri poſſit, quid ſit quod ait ibidẽ, Homerum facere Polyphemum cum ariete colloquentem. Nam ſi ita intelligas colloquentem cum ariete, ut alter alterum compellet, hoc apud Homerum non eſt: & ſi eſſet, haud ſcio an tam abſurdum commentum ferendum poſſet uideri. Quare puto, colloquentem cum ariete, perinde eſſe ac ſi dixeris, alloquẽtem arietem. Quoniã tamen iam alibi in citando Homeri loco* μνημονικοῦ ἁμαρτήματος *conuictus tenetur Cicero, ibi uidelicet ubi uerſus eos qui ab Vlyſſe concionante Iliados* β *pronuntiantur (illos uiginti nouem quorum primus eſt,* Τλῆτε φίλοι, καὶ μείνατε ἐπὶ χρόνον, ὄφρα δαῶμεν, *quos unà cum Ciceroniana interpretatione habuiſti antea, pag. 64) ab Agamemnone proferri dicit: nimirum & hîc meritò ſuſpecta nobis eius eſſe memoria poſſit. Quid ſi tum quoque, quũ dixit, Homerũ facere Laertem agrum ſtercorantẽ, nõ bene uerbi eius quo Homerus uſus eſt, recordatum fuiſſe eũ dicamus? Sed de uocis illius ſignificatione ipſũ cũ uerboſo Homeri ſcholiaſte digladiari ſinamus. Illa quidẽ certè uerba quæ Eurycleæ Vlyſſis lauanti pedes adſcribit, Lenitudo orationis, mollitudo corporis, uidetur ex aliquo poeta Latino attuliſſe: qui nomẽ quidẽ huius mulieris ex Homero mutuatus ſit, & in eo etiã illum imitatus, quòd eam Vlyſſi pedes lauantem induxerit (hoc enim illa miniſterium reduci*

Vlyſſi præbet Ὀδ. τ.) ſed quod ait, Lenitudinem orationis ab ea laudari & mollitudinẽ corporis, hoc uerò uel ipſe excogitauerit, uel ab aliquo alio quàm ab Homero ſumpſerit. Iā uerò & aliorū poetarū locos à Cicerone ſoluta oratione interpretatos uidere tẽpus eſt. Sed prius uerſū Homericū à me prætermiſſū adſcribā, hūc, ex Ιλ. ι, Ζεὺς δέ σφι Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων Ἀστράπτει. *quem Cicero ita De diuin. II interpretatur, Proſpera Iuppiter his, dextris fulgoribus edit. Eſt & hic uerſus Il.* β, Ἀστράπτων ἐπιδέξι', ἐναίσιμα σήματα φαίνων. *ubi* ἐναίσιμα *itidẽ uerbo proſpera explicari poſſit.*

CIC. De off. I, *Quòd ſi ea quæ utenda acceperis, maiore menſura, ſi modò poſſis, iubet reddere Heſiodus: quidnam, beneficio prouocati, facere debemus? an imitari, &c.* IDEM De claris orat. *Quanquam illud Heſiodeum laudatur à doctis, quod eadem menſura reddere iubet qua acceperis, aut etiā cumulatiore, ſi poſſis.* HESIODVS *in opuſculo quod inſcribitur* ἔργα καὶ ἡμέραι.

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώιον, αἴ κε δύναι.

CIC. Tuſc. I, *Sed quæ tandem eſt Epicharmi iſta ſententia? Emori nolo: ſed me eſſe mortuum, nihili æſtimo.* EPICHARMI *Græcum hunc uerſum ſunt qui Ciceronẽ expreſſiſſe putent,* Ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι οὔ μοι διαφέρει. *Quē uerſum mendo carere adduci non poſſum ut credam. conſului tamen Sexti Empirici (qui hunc uerſum citat) cum alia quædam exẽplaria, tum uerò Florentinum ac Venetum: in quibus eodem prorſus modo hoc carmen ſcriptum reperi.*

CIC. Tuſc. III, *Nec ſiletur illud potentiſſimi regis anapæſtum, qui laudat ſenem, & fortunatum eſſe dicit quòd inglorius ſit atque ignobilis ad ſupremum diem peruenturus.* EVRIP. *Iphigenia Aulide,*

—Ζηλῶ σε γέρον,

Ζηλοῦ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον
Βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς, ἀκλεής·
Τοὺς δ' ἐν τιμαῖς ἧσσον ζηλῶ.

CIC. De fin. II, *Quid ſi etiam iucũda memoria eſt præteritorum malorũ: ut prouerbia nõnulla ueriora ſint quàm ueſtra dogmata? Vulgò enim dicitur, Iucundi acti labores. Nec malè Euripides (concludam, ſi potero, Latinè: Græcum enim hunc uerſum noſtis omnes) Suauis eſt laborum præteritorum memoria.* EVRIP. Ἀλλ' ἡδὺ τὸν σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων. Idem Cic. *in quadã epiſtola ad Lucetum, Habet enim præteriti doloris ſecura recordatio delectationem.*

CIC. De *ſenect. loquens de ſenibus, Quid, quòd etiam addiſcunt aliquid? ut Solonem in uerſibus gloriãtem uidimus: qui ſe quotidie aliquid addiſcentem, ſenem fieri dicit.* Idem *ibidem, Vt honeſtum illud Solonis eſt, quod ait uerſiculo quodã (ut antè dixi) Seneſcere ſe multa in dies addiſcentem.* SOLONIS *uerſus eſt hic,* Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Idem Cic. eodem libro, *Solonis quidem elogium eſt quo ſe negat uelle ſuam mortem dolore amicorum lamentiſque uacare.* Eiuſdem Solonis *uerſus ſunt hi,*

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Quos uerſus antea poſui cum duobus Latinis, quibus Cicero eos eſt interpretatus, uerſibus.

CIC. De *off.* II, *Itaque quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, niſi auaritia, eſſe perituram: id uidetur non ſolùm Lacedæmoniis, ſed & omnibus opulentis populis prædixiſſe.* Verſus *Græcus eſt hic,* Α φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν. *Alij ſcribunt,* ἕλοι: *ſed longè rectius legitur* ὀλεῖ.

CIC. *in* Oratore, *Si Pericles tenui genere uteretur, nun-*

quã ab Ariſtophane poeta, fulgurare, tonare, permiſcere Græciam dictus eſſet. Ariſtophanis uerſus eſt hic in Achar.
Ἤστραπτ', ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

CIC. Tuſc. I, *Sed hic quidem, quamuis eruditus ſit, ſicut eſt, hæc magiſtro concedat Ariſtoteli: canere ipſe doceat.* Bene enim illo prouerbio Græcorum præcipitur, *Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat.* ARISTOPH. σφηξί,
Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

CIC. De fin. III, *Quoniam illa uox inhumana & ſcelerata dicitur eorum, qui negant ſe recuſare quominus, ipſis mortuis, terrarum omniũ deflagratio conſequatur. quod uulgari quodam uerſu Græco pronuntiare ſolent.* Græcus ſenarius quem Cicero exprimit, eſt hic,
Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί.

CIC. De diuin. II, *Eſt quidam Græcus in hanc ſententiam uerſus, Bene qui coniiciet, uatem hunc perhibebo optimum.* Græcus ſenarius eſt hic, Μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς. Alia prouerbia Græca alibi interpretatur, quæ quamuis in carmen redacta non ſint, ut quæ modò protuli, tamen his illa adiiciam.

CIC. De off. I, *Ex quibus ipſis cætera ſic obſeruentur, ut in Græcorum prouerbio eſt, Amicorũ eſſe omnia communia.* Græcè, πάντα τὰ τῶν φίλων κοινά.

CIC. Tuſc. I, *Quũ igitur Apollo, Noſce te, dicit: hoc dicit, Noſce animum tuum.* Græca uerba ſunt, Γνῶθι σαυτόν.

CIC. Philip. XII, *Cuiuſuis hominis eſt errare: nullius, niſi inſipientis, in errore perſeuerare. Poſteriores enim cogitationes (ut aiunt) ſapientiores ſolent eſſe.* Quum Cicero addit (ut aiunt) oſtendit eſſe prouerbium. eſt autem de Græcis his uerbis interpretatum, δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.

CIC. Tuſc. V, *Mihi quidẽ in uita, ſeruanda uidetur illa*

lex quæ in Græcorum *conuiuiis obtinetur*, Aut bibat, *inquit, aut abeat*. Græcè *ſic*, Ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι.

CIC. *De natura deorum* III, Nam de Sagra, *Græcorũ etiam eſt uulgare prouerbium, qui, quæ affirmant, certiora eſſe dicunt quàm illa quæ apud* Sagram. *Græcè dicitur*, Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ.

CIC. *ad Quin. fr. Epiſt. lib.* II, *Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris* (*ſed mehercule currentem nunc quidem*) *ut omnia mea ſtudia in iſtum unum conferam*. Idē *lib* 6. *Epiſt. ad* Attic. *epiſt*. 7, *in ipſo principio*, *Quintus filius piè ſanè* (*me quidem certè multum hortante, ſed currentem*) *animũ patris ſui ſorori tuæ recõciliauit*. Sed *in multis exēplaribus prætermiſſa eſt interpunctio poſt participium currentem: adeò ut animum currentem dicturus ſis, niſi attenderis*. Græca *uerba ſunt*, σπεύδοντα ὀτρύνειν. At *uerbum* ὀτρύνειν Cicero *non ſolùm hortari, ſed etiam incitare interpretatur, eodē utens prouerbio. ut rurſus ad Quin. fr. Epiſt. lib.* I, *Atque hæc non eo dicuntur, ut te oratio mea dormientem excitaſſe, ſed potius ut currentē incitaſſe uideatur*. Idē *ſcribens ad* Caſſium, *Vt Cæſarem in* Italia *uiderē* (*ſic enim arbitrabamur*) *eúmque, multis honeſtiſſimis uiris conſeruatis, ad pacem, currentem, ut aiunt, incitarem*.

CIC. *Tuſc*. V, *Vexatur idem* Theophraſtus *& libris & ſcholis omnium philoſophorum, quòd in* Calliſthene *ſuo laudarit illā ſententiā, Vitam regit fortuna, nō ſapientia*. Iambicus *ſenarius eſt, de hoc Græco ſenario expreſſus*, Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία. *qui uerſus ui detur in prouerbiū olim extitiſſe: ideóque ſuus illi aptè hîc fuerit locus. niſi quis malit illum inter ſuperiores uerſus Græcos, de quibus* Cicero *uerſus* Latinos *fecit, reponere: ſicut & alios præterea duos: quorum alterum habes eodem libro*, Et *eſt in aliqua*

uita prædicabile aliquid & gloriandũ ac præ ſe ferendũ: ut Epaminondas, Conſilijs noſtris laus eſt attonſa Laconum. Cicero hîc primũ duntaxat uerſum interpretatur ἐπιγράμματος τετραστίχου, *quod à Pauſania tale ponitur in Bœoticis,*

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν,
　Μεσσήνη δ' ἱερὰ τέκνα χρόνῳ δέχεται.
Θήβη δ' ὅπλοισιν μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται,
　Αὐτόνομος δ' Ἑλλὰς πᾶσ' ἐν ἐλευθερίῃ. *Alterum ponit lib. De diuin. II, Crœſus Halyn penetrans, magnam peruertet opum uim. Græcè ita ſcriptus eſt hic uerſus,*

Κροῖσος ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

Omiſi autem in præcedẽtibus hunc Ciceronis in libro de Senectute locum, Pythagoreorúmque more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, cõmemoro ueſperi. Sic Pythagoras in Carm. aureis,

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρίν γε καθημερινῶν ἔργων τρεὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
Πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; *Extant alij præterea interpretati uerſus apud Ciceronem, non tamen à Cicerone. è quibus eſt ille Euripidis, qui in prouerbij conſuetudinẽ uenit,* Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. *quo ſignificatur, Ennio interprete, Nequicquam ſapere ſapiẽtem qui ipſe ſibi prodeſſe nequeat. Sic & ille Homericus,* Ἰλιάδ. κ, Πολλὰς δ' ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας, *id eſt, Accio interprete, Scindens dolore identidẽ intonſam comam. Alios præterea multos ſciens prætermiſi, quòd hoc libro, unius Ciceronis interpretationes complecti ſtatuerim, reliquas reliquorum omnium & poetarum & oratorum & hiſtoricorum alij libro aliíque tempori reſeruans.*

VOCVM GRAECARVM interpretationes quæ paſſim leguntur apud Ciceronem.

Ex volumine Rhetoricorum.

¶*Ex libro ad* Herennium I.

Exordiorum duo ſunt genera: principium, quod Græcè *προοίμιον appellatur: & inſinuatio, quæ ἔφοδος nominatur.*

Iudicij quæſtio naſcatur oportet: quam nos iudicationem, Græci *κρινόμενον appellant.*

Ex *libro ad* Herennium II.

Et item quales argumentationes (quas Græci *ἐπιχειρήματα appellant) ſequi, & quales uitare oporteret.*

Concluſiones, quæ apud Græcos *ἐπίλογοι nominantur, tripartitæ ſunt.*

¶Ex *lib.* De *inuentione* II.

Accuſantur apud ἀμφικτύονας, ideſt apud commune Græ*ciæ concilium.*

¶Ex *lib.* De *orat.* I.

Vt apud Græcos *infimi homines mercedula adducti, miniſtros ſe præbēt in iudiciis oratoribus, ij qui apud illos πραγματικοὶ uocantur: ſic in noſtra ciuitate contrà, &c.*

Ex *lib.* De *orat.* II.

Ex tribus iſtis clariſſimis philoſophis, quos Romă *ueniſſe dixiſti, uidéſne* Diogenem *eum fuiſſe qui diceret artem ſe tradere bene diſſerendi, & uera ac falſa diiudicandi, quā uerbo* Græco *διαλεκτικὴν appellaret?*

Vrbana etiam diſſimulatio eſt, quum aliter ſentias ac lo-

quare. In hoc genere Fannius in Annalibus ſuis Africanum hunc AEmilianum dicit fuiſſe, & eum Græco uerbo appellat εἴρωνα. Sed uti ferunt qui melius hæc norunt, Socratem opinor in hac εἰρωνείᾳ diſſimulantiáque longè lepore & humanitate omnibus præſtitiſſe.

Ex *lib.* De *orat.* III.

Peripatetici & Academici philoſophi olim, propter eximiam rerum maximarum ſcientiam, à Græcis πολιτικοὶ φιλόσοφοι appellati, uniuerſarum rerumpublicarum nomine uocabantur.

Quæ membra ſi in extremo breuiora ſunt, infringitur ille quaſi uerborum ambitus. Sic enim has orationis conuerſiones Græci nominant, ſcilicet περιόδους.

¶ Ex *lib.* De *claris oratoribus.*

-ſuadæque medulla: πειθὼ quam uocant Græci: cuius effector eſt orator. hanc ſuadam appellauit Ennius.

Ornari orationem Græci putant, ſi uerborum immutationibus utantur, quos appellant τρόπους: & ſententiarũ orationiſque formis, quæ uocant σχήματα.

Antonius in ſententiarum ornamentis & conformationibus eligendis & collocandis, & comprehenſione deuinciendis, nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat. quo genere, &c. σχήματα enim quæ uocant Græci, ea maximè ornant oratorem.

In his omnibus ineſt quidam ſine ullo fuco ueritatis color. quinetiam comprehenſio & ambitus ille uerborum (ſi ſic περίοδον appellari placet) erat apud illũ contractus & breuis, & in membra quædã, quæ κῶλα Græci uocant, diſpertiebat orationem libentius.

Erant autem & uerborum & ſententiarũ illa lumina, quæ uocant Græci σχήματα.

¶Ex Oratore ad Brut.

Sed in omni re difficillimū eſt, formā (quod χαρακτῆρ Græcè dicitur) exponere optimi: quòd aliud alijs uidetur optimū.

Datur etiam uenia concinnitati ſententiarum, & arguti certique & circunſcripti uerborum ambitus conceduntur: de induſtriáque, non ex inſidijs, ſed apertè ac palàm elaboratur ut uerba uerbis, quaſi demenſa & paria, reſpondeant, ut crebrò conferant pugnantia, comparéntque contraria: & ut pariter extrema terminētur, eundémque referant in cadendo ſonum, &c. Hæc tractaſſe Thraſymachum Chalcedonium primum & Leontinum ferūt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium, multóſque alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

Hæc igitur quæſtio à proprijs perſonis & temporibus, ad uniuerſi generis orationem traducta, appellatur θέσις.

Orator Græcè ab eloquendo, ῥήτωρ, & Latinè eloquens dictus eſt.

Quicquid enim eſt quod ſub aurium menſuram aliquā cadit, etiamſi abeſt à uerſu (nam id quidem orationis eſt uitium) numerus uocatur: qui Græcè ῥυθμὸς dicitur.

Vt enim in uita, ſic in oratione, nihil eſt difficilius quàm quid deceat uidere. πρέπον appellant hoc Græci: nos dicamus ſanè decorum.

Concinnitatem adhibet, quæ uerborum collocationem illuminat his luminibus quæ Græci, quaſi aliquos geſtus orationis, σχήματα appellant.

Formā eam orationis qua uerba transferuntur, ὑπαλλαγὴν Græci rhetores, quia quaſi ſummittantur uerba pro uerbis: μετωνυμίαν grammatici uocant, quòd nomina transferātur. Ariſtoteles autem tranſlationi hæc ipſa ſubiungit, & abuſionem, quā κατάχρησιν uocant: ut quum minutum dica-

mus animum pro paruo: & abutimur uerbis propinquis, ſi opus eſt: uel quòd delectat, uel quòd decet.

Iam quum fluxerunt continuæ plures trãſlationes, alia planè fit oratio. itaque genus hoc Græci ἀλληγορίαν, nomine rectè, genere melius ille qui iſta omnia tranſlationes uocat.

Sunt maximè luminoſæ & quaſi actuoſæ partes duæ: quarum alteram in uniuerſi generis quæſtione pono, quam (ut ſuprà dixi) Græci appellant θέσιν: alteram in augendis amplificandiſque rebus, quæ ab eiſdẽ αὔξησις eſt nominata.

Quicquid enim eſt illud in quo quaſi certamen eſt controuerſiæ, quæ Græcè κρινόμενον dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quæſtionem, atque ut de uniuerſo genere dicatur: niſi quũ de uero ambigetur, quod quæri coniectura ſolet.

Duo ſunt etiam quæ bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiam faciunt: quorum alterum eſt (quod Græci ἠθικὸν uocant) ad naturam & ad mores, & ad omnem uitæ conſuetudinem accommodatum: alterum (quod ijdem παθητικὸν nominant) quo perturbantur animi & concitantur.

Semper hæc quæ Græcè ἀντίθετα nominant, quũ contrarijs opponuntur contraria, numerum oratorium neceſſitate ipſa efficiunt, etiam ſine induſtria.

Sed habet nomen inuidiam, quum in oratione iudiciali & forenſi numerus Latinè, Græce ῥυθμὸς, meſſe dicitur.

Et ea quæ dicuntur orationis quaſi formæ & lumina, quæ (ut dixi) Græci uocant σχήματα.

Ariſtoteles trochæum, qui eſt eodem ſpatio quo choreus, appellat κόρδακα, quia contractio & breuitas dignitatem non habeat.

In quo quæſitum eſt, in totône circuitu illo orationis, quẽ Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum compre-

henſionem, aut cõtinuationem, aut circunſcriptionẽ dicimus.

Nã quum ſis his locis uſus, quibus oſtendi licere, transferẽda tota dictio eſt ad illa, quæ neſcio cur, quũ Græci κόμματα *& * κῶλα *nominẽt, nos nõ rectè inciſa & mẽbra dicamus.*

Ambitum unum eſt ſequuta Aſia maximè, qui διχορεῖος *uocatur: quum duo extremi, chorei ſunt, id eſt è ſingulis longis & breuibus.*

Prima ſunt illa duo quæ κόμματα *Græci uocãt, nos inciſa dicimus: deinde tertium,* κῶλον *illi, nos membrum.*

¶ *Ex libro Topic.*

Stoici iudicandi uias diligenter perſequuti ſunt, eã ſcientiam quam διαλεκτικὴν *appellant. Inueniendi uerò artem, quæ* τοπικὴ *dicitur, quæque ad uſum potior erat, & ordine naturæ artè prior, totam reliquerunt.*

Eiuſdem autem generis uerba ſunt, quæ orta ab uno, uariè commutantur: ut, ſapiens, ſapienter, ſapientia. hæc uerborum coniugatio συζυγία *dicitur.*

Itaque tales argumentationes quæ extrinſecus aſſumuntur, ἀτέχνους *uocant, id eſt artis expertes.*

In diuiſione formæ ſunt, quas ἰδέας *uocant: noſtri (ſi qui hæc fortè tractant) ſpecies appellant: non peſſimè id quidẽ, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo, &c.*

Notionem appello quod Græci tum ἔννοιαν*, tum* πρόληψιν *dicunt. ea eſt inſita & antè percepta cuiuſque formæ cognitio, enodationis indigens.*

At quum de ornamentis uerborũ ſententiarúmque præcipitur (quæ uocantur σχήματα*) non fit idem.*

Multa etiam ex notatione ſumuntur: ea eſt autem, quum ex ui nominis argumentum elicitur: quam Græci ἐτυμολογίαν *uocant, id eſt (uerbum ex uerbo) ueriloquium. nos autem nouitatem uerbi non ſatis apti fugientes, genus hoc notationem*

appellamus: quia ſunt uerba, rerum notæ. Itaque hoc idem Ariſtoteles σύμβολον appellat, quod Latinè eſt nota.

Cuius primus eſt locus ex coniugatatione, quam Græci συζυγίαι uocant.

Hæc ex pluribus perueniens quò uult, appellatur inductio, quæ Græcè ἐπαγωγὴ nominatur: qua plurimum eſt uſus in ſermonibus Socrates.

Sunt enim alia contraria, quæ priuantia licet appellemus Latinè, Græcè appellãtur στερητικά. præpoſitio enim IN priuat ea ui, quam haberẽt ſi IN præpoſitum non fuiſſet. ut dignitas, indignitas: humanitas, inhumanitas, &c.

Sunt etiam ualde contraria alia, quæ appellantur negantia: ea ἀποφατικὰ Græci, contraria aientibus: ut, Si hoc eſt, illud non eſt.

Ex hoc illa rhetorum ſunt ex contrarijs concluſa, quæ ipſi ἐνθυμήματα appellãt: nõ quòd non omnis ſententia proprio nomine ἐνθύμημα dicatur: ſed, ut Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen efficit apud Græcos ſuum, ſic quum omnis ſententia ἐνθύμημα dicatur, quia uidetur ea quæ ex contrarijs conficiatur, acutiſſima, ſola propriè nomen commune poſſidet.

Quæſtionum duo ſunt genera: alterum infinitum, alterum definitum. definitum eſt, quod ὑπόθεσιν Græci, nos cauſam: infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propoſitum poſſumus nominare.

Additur etiã deſcriptio, quam Græci χαρακτῆρα uocãt.

Refutatio autem accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, quæ Græcè στάσις dicitur, Latinè appelletur ſtatus: in quo primùm inſiſtit, quaſi ad repugnandum, cõgreſſa defenſio.

Sed quæ ex ſtatu contentio efficitur, eam Græci κρινόμενον uocant. Mihi placet, id (quoniam quidem ad te ſcribo) qua de re agitur, uocari-

Ex volumine Orationum.

¶Ex *libro* III.*in Verrem.*

Vt in curia Syracuſis, quem locũ illi βουλευτήριον *uocãt.* *Eſt conſuetudo Siculorum, cæterorúmque Græcorũ, quòd ſuos dies menſéſque congruere uolũt cum ſolis lunæque ratione: ut nonnunquam, ſi quid diſcrepet, eximant unum aliquem diem, aut ſummum, biduum ex menſe: quos illi* ἐξαιρεσίμους *dies nominant.*

Itaque C. Verrem, non ſolùm patronum iſtius inſulæ, ſed etiam σωτῆρα *inſcriptum uidi Syracuſis. hoc quantum eſt? ita magnum ut Latino uno uerbo exprimi non poſſit. Is eſt nimirum* σωτὴρ *qui ſalutem dedit.*

Ex *libro* VI.*in Verrem.*

Tertia eſt urbs, quæ, quòd in ea parte Fortunæ fanũ antiquum fuit, Τύχη *nominata eſt. Quarta autem eſt, quæ, quia poſtea ædificata eſt,* Νεάπολις *nominatur.*

Eos qui hoſpites ad ea quæ uiſenda ſunt, ducere ſolent, & unũquodque oſtendere, Syracuſani μυσταγωγοὺς *uocant.*

Ex *libro* VII.*in Verrem.*

Ἐδικαιώθησαν, *inquit, hoc eſt, ut Siculi loquuntur, ſupplicio affecti ac necati ſunt.*

¶Ex *Orat de Aruſp. reſp.*

Nam quid ego de illis ludis loquar quos in Palatio noſtri maiores ante templum in ipſo Matris magnæ cõſpectu, Megalenſibus fieri celebraríque uoluerunt? &c. Ita ludos eos, quorum religio tanta eſt ut ex ultimis terris accerſita, in hac urbe conſederit: qui uni ludi ne uerbo quidem appellantur Latino (ut uocabulo ipſo & appetita religio externa & Matris magnæ nomine ſuſcepta declaretur) hos ludos ſerui fecerunt, ſerui ſpectauerunt, tota denique, hoc ædile, ſeruorum Megaleſia fuerunt.

¶ Ex Philipp. XI.

Lumen & decus illius exercitus penè præterij, Caninium Cimbrum Lyſidici filium, Lyſidicũ ipſum Græco uerbo, qui omnia iura diſſoluit.

Ex libris philoſophicis.

Ex Academicarum quæſtionum editionis primæ libro II, qui inſcribitur Lucullus.

Socrates, quum aliud diceret atque ſentiret, libenter uti ſolitus eſt ea diſſimulatione quam Græci εἰρωνείαν uocant: quam ait etiam in Africano fuiſſe Fannius.

Nec definiri aiebant neceſſe eſſe quid eſſet cognitio, aut perceptio: aut (ſi uerbum è uerbo uolumus) comprehenſio, quam κατάληψιν illi uocant: eóſque qui perſuadere uellent eſſe aliquid quod cõprehendi & percipi poſſet, inſcienter facere dicebant: propterea quòd nihil eſſet clarius ἐνεργείᾳ, ut Græci: perſpicuitatem, aut euidentiam nos, ſi placet, nominemus: fabricemúrque, ſi opus erit, uerba.

Quum enim ita negaret quicquam eſſe quod comprehendi poſſet (id enim uolumus eſſe ἀκατάληπτον) ſi illud eſſet, ſicut Zeno definiret, tale uiſum (iam enim hoc pro φαντασία uerbum ſatis heſterno ſermone triuimus) uiſum igitur impreſſum effictúmque ex eo unde eſſet, quale eſſe non poſſet, ut ex eo unde non eſſet: id nos à Zenone definitum rectiſſime dicimus.

Quòd ſi eſſent falſæ notitiæ (ἐννοίας enim notitias appellare tu uidebare) ſi igitur, &c.

Nam aliter appetitio (eã enim eſſe uolumus ὁρμὴν) qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod eſt uiſum,

moueri non poteſt.

Itaque argumẽti conclusio (quæ Græcè ἀπόδειξις) ita definitur, Ratio quæ ex rebus perceptis, ad id quod non percipiebatur, adducit.

Sapiẽtiæ uerò quid futurũ eſt? quæ neq; de ſeipſa dubitare debet, neq; de ſuis decretis, quæ philoſophi uocant δόγματα.

Quoniam enim id haberent Academici decretum (ſentis enim iam hoc me δόγμα dicere) nihil poſſe percipi, &c.

Cætera autem ſimilitudinibus conſtituit, ex quibus efficiũtur notitiæ rerũ, quas Græci tum ἐννοίας, tum προλήψεις uocãt.

Ad rerum igitur ſcientiam, uitæque conſtantiam aptiſſima quũ ſit mens hominis, amplectitur maximè cognitionem: & κατάληψιν, quam (ut dixi) uerbum è uerbo exprimentes, comprehenſionem dicemus, cum ipſam per ſe amat, &c.

Nunc de aſſenſione atque approbatione, quam Græci συγκατάθεσιν uocant, pauca dicemus.

Nam quo modo non poteſt animal ullum non appetere id quod accommodatum ad naturam appareat (Græci id οἰκεῖον appellant) ſic nõ poteſt obiectã rem perſpicuã nõ approbare.

Et primùm quidem hoc reprehendendum, quòd captioſiſſimo genere interrogationis utuntur: quod genus minimè in philoſophia probari ſolet, quum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. σωρείτας hos uocant, qui aceruũ efficiunt, uno addito grano.

Ne hoc quidem cernunt, omnia ſe reddere incerta: quod nolunt: ea dico incerta quæ ἄδηλα Græci.

Primum quî poteſtis non impediri, quum à ueris falſa non diſtent? deinde, quod iudicium eſt ueri, quum ſit commune falſi? ex his illa neceſſariò nata eſt ἐποχὴ, id eſt aſſenſionis retentio: in qua, &c.

At quis eſt hic? num ſophiſtes? ſic enim appellantur ij qui

oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſophantur.

Placet enim Chryſippo, quum gradatim interrogetur, uerbi cauſa, tria, pauca ſint, an multa: aliquanto prius quàm ad multa perueniat, quieſcere: id eſt quod ab iis dicitur ἡσυχάζειν.

Nempe fundamentum dialecticæ eſt, quicquid enuntietur (id autem appellatur ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum) aut uerum eſſe aut falſum.

Nónne etiam dicitis, eſſe è regione nobis è contraria parte terræ, qui aduerſis ueſtigiis ſtent contra noſtra ueſtigia, quos ἀντίποδας uocatis?

Zenoni ſummum bonum eſt, in his rebus neutram in partem moueri: quæ ἀδιαφορία ab ipſo dicitur. Pyrrho autem, ea ne ſentire quidem ſapientem: quæ ἀπάθεια nominatur.

Sunt enim Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quæ παράδοξα nominantur.

Hoc quidem Zeno geſtu faciebat. nam quum extenſis digitis aduerſam manum oſtenderat, uiſum, inquiebat, huiuſmodi eſt: deinde quum paulũ digitos conſtrinxerat, aſſenſus huiuſmodi: tum quũ planè cõpreſſerat, pugnúmque fecerat, comprehenſionem illam eſſe dicebat. qua ex ſimilitudine etiã nomen ei rei, quod antè non fuerat, κατάληψιν impoſuit.

¶ Ex Academicarum quæſtionum ſecundæ editionis libro I.

Quid eſt enim magnum, quũ cauſas rerum efficientium ſuſtuleris, de corpuſculorum (ita enim appellat ἀτόμους) concurſione fortuita loqui?

Qui erant cũ Ariſtotele, περιπατητικοὶ dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lycio. Illi autem qui Platonis inſtituto in Academia (quod eſt alterũ gymnaſiũ) cœtus erãt & ſermones habere ſoliti, è loci uocabulo nomẽ habuerunt.

Qualitates igitur appellaui quas ποιότητας Græci uocãt: quod ipſũ apud Græcos nõ eſt uulgi nomẽ, ſed philoſophorũ.

Mentem uolebant rerum eſſe iudicem: ſolam cenſebant idoneam cui crederetur, quia ſola cerneret id quod ſemper eſſet ſimplex & uniuſmodi, & tale quale eſſet: hanc illi ἰδέαν appellabant, iam à Platone ita nominatam: nos rectè ſpeciem poſſumus dicere.

Verborũ etiã explicatio probabatur, qua de cauſa quæque eſſent ita nominata: quam ἐτυμολογίαν appellabant.

Plurima autem in illa tertia philoſophiæ parte mutauit. in qua primùm de ſenſibus ipſis quædam dixit noua, quos iunctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus: quam ille φαντασίαν, nos uiſum appellemus licet, & teneamus hoc uerbum quidem: erit enim utendum in reliquo ſermone ſæpius.

Viſis nõ omnibus adiungebat fidẽ, ſed iis ſolùm quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerũ quæ uiderentur: id autem uiſum, quum ipſum per ſe cerneretur, comprehenſibile. feretis hæc? Nos uerò, inquit: quonam enim modo καταληπτὸν diceres?

¶Ex lib. De fin. I.

Ille ἀτόμους quas appellat, id eſt corpora indiuidua, propter ſoliditatem, cenſet in infinito inani; in quo, &c.

Atomi, inane, imagines, quæ εἴδωλα nominant, quorum incurſione non ſolùm uideamus, ſed etiam cogitemus: infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν uocant, tota ab illo eſt: tum innumerabiles mundi, &c.

Iam in altera parte philoſophiæ, quæ eſt quærendi ac differendi (quæ λογικὴ dicitur) iſte ueſter planè, ut mihi quidem uidetur, inermis ac nudus eſt.

Quoniam autem id eſt uel ſummum bonum, uel ultimũ,

uel extremum, quod Græci τέλος nominant, quod ipſum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes.

Ex *lib.* De *fin.* II.

Omnes enim iucundum motum, quo ſenſus hilarentur, Græcè ἡδονὴν; Latinè *uoluptatem uocant. Et paulo pòſt,* Egóne non *intelligo quid ſit* ἡδονὴ Græcè, Latinè *uoluptas?*

Vt Heraclitus, *cognomento qui* σκοτεινὸς *perhibetur, quia de natura nimis obſcurè memorauit.*

Quis enim ueſtrũ non edidicit Epicuri κυρίας δόξας; *id eſt maximè ratas: quia grauiſſimæ ſint ad beatè uiuẽdum breuiter enuntiatæ ſententiæ.*

Nihil haberem quod reprehenderem, [*ſub. luxurioſos*] *ſi finitas cupiditates haberent: hoc eſt dicere, non reprehenderem* ἀσώτους *ſi non eſſent* ἄσωτοι.

Ex *lib.* De *fin.* III.

Cogitationes autem ipſas, uel (ſi hæc uerba minus placent, aut minus intelliguntur) καταλήψεις *appellemus licet.*

AEſtimabile eſſe dicitur: ſic enim (ut opinor) appellamus id quod aut ipſum ſecundum naturam ſit, aut tale quid efficiat, ut ſelectione dignum propterea ſit, quòd aliquod pondus habeat dignum æſtimatione, quam ille ἀξίαν *uocat.*

Primum eſt officium (id enim appello καθῆκον*) ut ſe conſeruet in naturæ ſtatu.*

Simul autem cœpit intelligentiam, uel notionem potius; quam appellant ἔννοιαν *illi.*

Vt ſtatueret in eo collocatum ſummum illud hominis per ſe laudandum & expetendum bonum, quod quum poſitum ſit in eo quòd ὁμολογίαν *Stoici, nos appellemus conuenientiam, ſi placet: &c.*

Appetitio animi, quæ ὁρμὴ *Græcè uocatur, non ad quoduis uitæ genus, ſed ad quandam formã uiuẽdi uidetur data.*

Quæ autem nos aut recta aut rectè facta dicamus, ſi placet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros uirtutis continent.

Sētis enim (credo) me iamdiu, quod τέλος Græcus dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum ſummum: licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere.

Sed in cæteris artibus quum dicitur artificioſè, poſterum quodammodo & conſequens putandum eſt: quod illi ἐπιγεννηματικὸν appellant.

Ego aſſentior Diogeni qui bonum definierit id quod eſſet natura abſolutum: id autem ſequens, illud etiam quod prodeſſet (ὠφέλημα enim ſic appellemus) motū aut ſtatum eſſe dixit è natura abſoluta.

Nam quum æſtimatio, quæ ἀξία dicitur, neque in bonis numerata ſit, nec rurſus in malis, &c.

Nec uerò perturbationes animorum, quæ uitam inſipientium miſeram acerbámque reddunt, quas Græci πάθη appellant (poteram ego, uerbum ipſum interpretans, morbos appellare: ſed non conueniret ad omnia. quis enim miſericordiam, aut ipſam iracundiam morbum ſolet dicere? at illi dicunt πάθος. Sit igitur, &c.

Omnéſque hæ ſunt genere quatuor, partibus plures: ægritudo, formido, libido, quámque Stoici communi nomine, corporis & animi ἡδονὴν appellant: ego malo lætitiam appellare, quaſi geſtientis animi elationem uoluptariam.

Propterea quòd ea non ad corporis incommodū referuntur, ſed ad turpes actiones quæ oriuntur è uitiis. quas enim Græci κακίας appellant, uitia malo quàm malitias nominare. Et paulo pòſt, Sin κακίαν malitiā dixiſſes, ad aliud nos unum certum uitium conſuetudo Latina traduceret. hoc omni uirtuti uitium contrario nomine opponitur.

Quemadmodum opportunitas (ſic enim appellemus εὐ-καιρίαν) non ſit maior productione temporis (habent enim ſuū modum quæcunque opportuna dicuntur) ſic recta effectio: κα-τόρθωσιν enim ita appello, quoniā rectum factum κατόρθωμα.

Itémque hinc eſſe illud exortum quod Zeno προηγμένον, contráque quod ἀποπροηγμένον nominauit, quum uteretur in lingua copioſa factis tamen nominibus ac nouis. Vt enim, inquit, nemo dicit in regia regem ipſum quaſi productum eſſe ad dignitatem (id enim eſt προηγμένον) ſed eos qui in aliquo honore ſint, quorum ordo proximè accedit ut ſecundus ſit ad regium principatum: ſic in uita, non ea quæ primario loco ſunt, ſed ea quæ ſecundum locum obtinent, προηγμένα, id eſt producta, nominentur. Quæ uel ita appellemus (id erit uerbum è uerbo) uel promota, & remota, uel, ut dudum diximus, præpoſita, uel præcipua: & illa, reiecta.

Quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit ut indifferens dicerem.

Sequitur illa diuiſio, ut bonorum alia ſint ad illud ultimum pertinentia (ſic enim appello quæ τελικὰ dicuntur: iam hoc inſtituamus, ut placuit, pluribus uerbis dicere quod uno non poterimus, ut res intelligatur) alia autem efficientia, quæ Græci ποιητικά: alia, utrunque.

De bona autem fama (quam enim εὐδοξίαν appellant, aptius eſt hoc loco bonam famam appellare quàm gloriam) Chryſippus quidem & Diogenes, detracta utilitate, ne digitum quidem eius cauſa porrigendum eſſe dicebant.

At illa quæ in concha patula pinna dicitur, iſque qui enat à concha, qui, quòd eam cuſtodiat, πιννοτήρης uocatur.

Vt uerò conſeruetur omnis homini erga hominem ſocietas, coniunctio, charitas, & emolumenta & detrimenta (quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellant) communia eſſe uolue-

runt: quorum altera proſunt, altera nocent. nec ſolùm ea communia eſſe uoluerunt, uerùm etiam paria eſſe dixerũt. Incommoda autem & commoda (ita εὐχρηστήματα & δυσχρηστήματα appello) communia eſſe uoluerunt, paria noluerũt.

Ex lib. De fin. IIII.

Hoc loco tantùm dico, à ueteribus Peripateticis Academicíſque (qui re conſentientes, uocabulis differebant) eum locum, quem ciuilem rectè appellaturi uidemur, Græcè πολιτικὸν, grauiter & copioſè eſſe tractatum.

Illud enim rectum, quod κατόρθωμα dicebas, contingit ſapienti ſoli.

Naturalem enim appetitionem, quam uocãt ὁρμὴν, &c.

Iſta, inquit, quæ dixiſti, ualere, locupletem eſſe, non dolere, bona non dico: ſed dicam Græcè προηγμένα, Latinè autem, producta: ſed præpoſita, aut præcipua malo: ſic tolerabilius & mollius.

Hæc παράδοξα illi, nos admirabilia dicamus.

Ex lib. De fin. V.

De ſummo autem bono quia duo genera librorum ſunt, unum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabãt: alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt, &c.

Vt ipſum per ſe inuitaret & alliceret appetitum animi, quem ὁρμὴν Græci uocant.

Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eo ſeparãda fuit ab hac diſputatione, quia iſta animi tranquillitas, ea ipſa eſt beata uita.

Nam quum ſic hominis natura generata ſit ut habeat quiddam innatum quaſi ciuile atque populare, quod Græci πολιτικὸν uocant: quicquid aget quæque uirtus, id à communitate & ea quam expoſui charitate atque ſocietate humana

non abhorrebit.

Id enim ille ſummum bonum ἀκαχίαν, & ſæpe ἀθυμίαν appellat, id eſt animum terrore liberum.

At hoc in eo M. Craſſo, quem ſemel ait in uita riſiſſe Lucilius, non contigit, ut ea re minus ἀγέλαστος (ut idem ait) uocaretur.

¶Ex quæſt. Tuſc. I.

Et quum omnium artium quæ ad rectam uiuendi uiam pertinerent, ratio & diſciplina ſtudio ſapientiæ, quæ philoſophia dicitur, contineretur, &c.

Omne pronuntiatum (ſic enim mihi in præſentia occurrit ut appellarem ἀξίωμα, utar pòſt alio, ſi inuenero melius) id ergo eſt pronũtiatum quod aut uerũ aut falſum eſſe dicitur.

Ipſius corporis intentionem quandam, uelut in cantu & fidibus, quæ ἁρμονία dicitur, &c.

Quintum genus adhibet uacans nomine, & ſic ipſum animum ἐντελέχειαν appellat nouo nomine, quaſi quandam continuatam motionem & perennem.

Democritum enim, magnum quidem illum uirum, ſed leuibus & rotundis corpuſculis efficiẽtem animũ concurſũ quodam fortuito, omittamus: nihil eſt enim apud illum, quod non atomorum turba conficiat.

Ino Cadmi filia, nõne Λευκοθέα nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris?

Perſuadent enim mathematici, terram in medio mundi ſitam ad uniuerſi cæli complexum quaſi puncti inſtar obtinere, quod κέντρον illi uocant.

Nec uerò fieri ullo modo poſſe ut à pueris tot rerum atque tantarum inſitas & quaſi conſignatas in animis notiones, quas ἐννοίας uocant, haberemus: niſi animus, antequam corpus intraſſet, in rerum cognitione uiguiſſet. quûmque

nihil eſſet, ut omnibus locis à Platone diſſeritur (nihil enim putat eſſe quod oriatur & intereat, ídque ſolùm eſſe quod ſemper tale ſit, qualē εἰδέας appellat ille, nos ſpeciē) nō potuit animus hæc in corpore incluſus cognoſcere; cognita attulit.

Tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi uniuerſi loco, duabus oris diſtantibus habitabilem & cultum: quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, unde Horrifer Aquilonis *ſtridor gelidas molitur niues: altera* Auſtralis*, ignota nobis, quam uocant* Græci *ἀντίχθονα.*

Hegeſiæ liber eſt ἀποκαρτερῶν, quòd à uita quidam per inediam diſcedens, reuocatur ab amicis: quibus reſpondens, uitæ humanæ ènumerat incommoda.

Ex *quæſt.* Tuſc. III.

Num reliquæ quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracūdiæ? hæc enim ferè ſunt eiuſmodi, quæ Græci *πάθη appellant: ego poteram morbos, & id, uerbum eſſet è uerbo: ſed in conſuetudinem noſtram non caderet. nam miſereri, inuidere, geſtire, lætari, hæc omnia morbos* Græci *appellant, motus animi, rationi non obtemperantes: nos autem hos eoſdē motus concitati animi rectè (ut opinor) perturbationes dixerimus, morbos autem non ſatis uſitate.*

Græci autem μανίαν unde appellent, non facilè dixerim: eam tamē ipſam diſtinguimus nos melius quā illi. hanc enim inſaniam, quæ iuncta ſtultitiæ, patet latius, à furore diſiungimus. Græci *uolunt illi quidem, ſed parum ualent uerbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν illi uocant: quaſi uerò atra bili ſolùm mens, ac non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur.*

Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit temperans. quem Græci *σώφρονα appellant, eámque uirtutem σωφροσύνην uocant,*

quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam: ſed haud ſcio an rectè ea uirtus frugalitas appellari poſſit. quod anguſtius apud Græcos ualet, qui frugi homines χρησίμους appellant, id eſt tãtummodo, utiles. at illud latius: eſt enim omnis abſtinẽtia, omnis innocentia: quæ apud Græcos uſitatum nomen nullum habet, ſed habere poteſt ἀβλάβειαν: nam eſt innocentia affectio talis animi, quæ noceat nemini. Reliquas autem uirtutes frugalitas continet.

Itaque præclarè noſtri, ut alia multa, moleſtiam, ſolicitudinem, angorem, propter ſimilitudinem corporum ægrorũ, ægritudinem nominauerunt. Hoc propemodum uerbo Græci omnem animi perturbationem appellant: uocant enim πάθος, id eſt morbũ, quicunque eſt motus in animo turbidus. nos melius: ægris enim corporibus ſimillima eſt mentis ægritudo.

Omnibus enim modis fulciendi ſunt qui ruunt, nec cohærere poſſunt propter magnitudinẽ ægritudinis: ex quo ipſam ægritudinem λύπην Chryſippus, quaſi λύσιν, id eſt ſolutionem totius hominis, appellatam putat.

Quid ille Terentianus ipſe ſe puniens, id eſt ἑαυτὸν τιμωρούμενος;

Ex quæſt. Tuſc. IIII.

Quæ Græci πάθη uocant, nobis perturbationes appellari magis placet quàm morbos. Et paulo pòſt, Eſt igitur Zenonis definitio, ut perturbatio ſit (quod πάθος ille dicit) auerſa à recta ratione contra naturam, animi commotio.

Quamobrem ſimul obiecta ſpecies cuiuſpiam eſt quod bonum uideatur, ad id adipiſcendum impellit ipſa natura. id quum conſtanter prudentérque fit, eiuſmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus uoluntatem.

Obtrectatio autem eſt ea quam intelligi ζηλοτυπίαν uolo,

ægritudo ex eo quòd alter quoque potiatur eo quod ille ipſe concupiuerit.

Excandeſcentia autem, ſit ira naſcens & modò exiſtens: quæ θύμωσις *Græcè dicitur.*

Sit libido earum rerum quæ dicuntur de quodam, aut quibuſdam, quæ κατηγορήματα *dialectici appellant: ut, habere diuitias, capere honores.*

Ex perturbationibus autē primùm morbi conficiūtur, quæ uocant illi νοσήματα *, eáque ſunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas uitioſam offenſionem atque faſtidium. deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis* ἀῤῥωστήματα*, iiſque item oppoſitæ contrariæ offenſiones.*

Similitérque cæteri morbi, ut gloriæ cupiditas, ut mulieroſitas (ut ita appellem eam quæ Græcè φιλογυνεία *dicitur) cæteríque ſimiliter morbi ægrotationéſque naſcuntur. quæ autem his ſunt contraria, ea naſci putantur à metu, ut odium mulierum, quale in* μισογυνεία *eſt: ut in hominum uniuerſum genus, quod accepimus de Timone qui* μισάνθρωπος *appellatur.*

Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè diſputant Stoici: quæ λογικὰ *appellant, quia diſſeruntur ſubtilius.*

Huius uirtutis contraria eſt uitioſitas: ſic enim malo quàm malitiam appellare eam quam Græci κακίαν *appellant. nam malititia certi cuiuſdam uitii nomen eſt, uitioſitas omnium.* Ex quæſt. Tuſc. V.

Qui à Græcis σοφοὶ*, à noſtris ſapientes dicebantur.*

¶ Ex lib. De natura deorum I.

Audite, inquit, non commentitias futiléſque ſētentias, nō opificem ædificatorémque mundi Platonis de Timæo deum, nec anum fatidicam Stoicorum πρόνοιαν*, quam Latinè licet prouidentiam dicere.*

Nam Parmenides commentitium quiddam coronæ ſimilitudine efficit: στεφάνην appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cælum, quem appellat deum.

Quòd uerò ſine corpore ullo deum uult eſſe, ut Græci dicunt ἀσώματον, id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt.

Cleanthes autem, qui Zenonem audiuit unà cum eo quē proximè nominaui, tum ipſum mundum deum dicit eſſe: tum totius naturæ menti atque animo hoc nomen tribuit, tum ultimum & altiſſimum, atque undique circunfuſum & extremum, omnia cingentem atque complexum ardorem, qui αἰθὴρ nominetur, certiſſimum deum iudicat.

Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus, id eſt anteceptam animo rei quādam informationem, ſine qua nec intelligi quicquā, nec quæri, nec diſputari poſſit. Quod quoniam ferè conſtat inter omnes non philoſophos ſolùm, ſed etiam indoctos: fateamur conſtare illud etiam, hanc nos habere ſiue anticipationem (ut antè dixi) ſiue prænotionem deorum. Sunt enim rebus nouis noua ponenda nomina: ut Epicurus ipſe πρόληψιν appellauit, quam antea nemo eo uerbo nominarat.

Epicurus autem qui res occultas & penitus abditas non modò uiderat animo, ſed etiam ſic tractat, ut manu doceat eam eſſe uim & naturam deorum, ut primùm non ſenſu ſed mente cernatur, nec ſoliditate quadam, nec ad numerum, ut ea quæ ille propter firmitatem στερέμνια appellat, ſed imaginibus ſimilitudine & tranſitione perceptis.

Summa uerò uis infinitatis, & magna ac diligenti cogitatione digniſſima eſt: in qua intelligi neceſſe eſt, eam eſſe naturam, ut omnia omnibus, paria paribus reſpondeant. hāc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id eſt æquabilem tributionem.

Hinc nobis extitit primùm illa fatalis neceſſitas, quam εἱμαρμένην *dicitis, ut quicquid accidat, id ex æterna ueritate cauſarúmque continuatione fluxiſſe dicatis.*

Sequitur μαντικὴ *ueſtra, quæ Latinè diuinatio dicitur.*

Quid? Diagoras, ἄθεος *qui dictus eſt, poſteáque Theodorus, nónne apertè deorum naturam ſuſtulerunt?*

Non pudet igitur φυσικὸν*, id eſt ſpeculatorem uenatorémque naturæ, ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium ueritatis?*

Itaque in illis ſelectis eius (de Epicuro loquitur) breuibúſque ſententiis, quas appellatis κυρίας δόξας*, hæc, ut opinor, prima ſententia eſt, &c.*

Confugis ad æqualitatem (ſic enim ἰσονομίαν*, ſi placet, appellemus) & ais, quoniam ſit natura mortalis, immortalem etiam eſſe oportere.*

Tum facibus uiſis cæleſtibus, tum ſtellis iis, quas Græci κομήτας*, noſtri crinitas uocant.*

Ex *lib.* De *natura deorum* II.

Principatū autē id dico quod Græci ἡγεμονικὸν *uocāt: quo nihil in quoque genere nec poteſt, nec debet eſſe præſtātius.*

Quúmque duæ formæ præſtantes ſint, ex ſolidis globus (ſic enim σφαῖραν *interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui* κύκλος *Græcè dicitur: his duabus formis cōtingit ſolis ut omnes earum partes ſint inter ſe ſimillimæ.*

Nam ea quæ Saturni ſtella dicitur, φαίνωνque *à Græcis nominatur, quæ à terra abeſt plurimum,* XXX *ferè annis curſum ſuum conficit.*

Infra autem hanc prius à terra Iouis ſtella fertur, quæ φαέθων *dicitur: eáque eundem* XII *ſignorum orbem annis* XII *conficit: eaſdémque quas Saturni ſtella, efficit in curſu uarietates. Huic autem proximum inferiorem orbem tenet*

πυρόεις, quæ ſtella Martis *appellatur : eâque* I I I I *&* X X *menſibus,*V I*(ut opinor)diebus minus, eundem luſtrat orbẽ quem duæ ſuperiores.* In*fra hanc autem ſtella* Mercurij *eſt: ea στίλβων appellatur à* Græcis.

I*nfima eſt quinque errantium,terræque proxima,ſtella* Veneris,*quæ φωσφόρος* Græcè,Lucifer Latinè *dicitur,quum antegreditur ſolem:quum ſubſequitur autem,ἕσπερος.*

Sic *natura mundi omnes motus habet uoluntarios,conatúſque & appetitiones,quas ὁρμαὶ* Græci *uocant,&c.* T*alis igitur mens mundi quũ ſit, ob eâmque cauſam prouidentia appellari rectè poſſit* (Græcè *enim πρόνοια dicitur) hæc potiſſimũ prouidet,& in his maximè eſt occupata,primũ&c.*

Saturnum *autem,eum eſſe uoluerunt qui curſum & conuerſionem ſpatiorum ac temporum contineret:qui deus* Græcè *id ipſum nomen habet. κρόνος enim dicitur: qui eſt idem χρόνος,id eſt temporis ſpatium.*

Terrena *autem uis omnis atque natura* Diti *patri dedicata eſt: qui* Dis, *ut apud* Græcos *πλούτων, quia & recidant omnia in terras,& oriantur è terris.* Is *rapuit* Proſerpinã, *quod* Græcorum *nomen eſt. ea enim eſt quæ περσεφόνη* Græcè *nominatur. quam frugum ſemen eſſe uolunt: abſcõditámque quæri à matre fingunt.*Mater *autem eſt à gerendis frugibus* Ceres,*tanquã* Geres:*caſúque prima litera itidem immutata, ut à* Græcis: *nam ab illis quoque δημήτηρ, quaſi γημήτηρ,nominata eſt.*

Nam Veſtæ *nomen à* Græcis *ductum eſt: ea eſt enim quæ ab illis ἑστία dicitur. uis autem eius ad aras & focos pertinet.*

Hunc *aerem rurſus amplectitur immenſus æther,qui cõſtat ex altiſſimis ignibus,&c.*

I*ſti autem quemadmodum aſſeuerant ex corpuſculis non colore, non qualitate aliqua (quam ποιότητα* Græci *uocant)*

non ſenſu præditis, ſed concurrentibus temerè atque caſu, mundum eſſe perfectum, uel, &c.

Has Græci ſtellas hyadas uocitare ſuerunt: à pluẽdo: ὕειν enim eſt pluere. Noſtri imperitè ſuculas, quaſi à ſuibus eſſent, non ab imbribus, nominatæ.

Ex *lib.* De *nat. deor.* III.

Conſilium illud imperatorum fuit, quod Græci ϛρατήγημα appellant: ſed eorum imperatorum qui patriæ conſulerent, uitæ non parcerent.

Illa uerò cohæret & permanet naturæ uiribus, non deorũ: eſtq; in ea iſte quaſi conſenſus, quã συμπάθειαν Græci uocãt.

Quid deinde? Ino dea dicitur quæ Leucothea à Græcis, à nobis Matuta dicitur, quum ſit Cadmi filia?

Cur autem arcus ſpecies non in deorum numero reponatur? Eſt enim pulcher, & ob eam cauſam quia ſpeciẽ habeat admirabilem, Thaumante dicitur eſſe nata.

Διόσκουροι etiam apud Graios multis modis nominantur: primi tres qui appellãtur Anactes, Athenis ex Ioue rege antiquiſſimo & Proſerpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionyſius. Secundi, Ioue tertio nati ex Leda, Caſtor & Pollux: Tertij, &c.

¶ Ex *lib.* De *diuin.* I.

Vetus opinio eſt, uerſari quandam inter homines diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, id eſt præſenſionem & ſcientiam rerum futurarum, &c. Itaque ut alia nos melius multa quàm Græci, ſic huic præſtantiſſimæ rei nomẽ noſtri à diuis, Græci (ut Plato interpretatur) à furore duxerũt.

Quid Ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit, quæ nomen ex inuentore reperit.

Quid ego, quæ μάγοι Cyro illi principi interpretati ſunt, ex Dionyſii Perſici libris proferam? nam quũ, &c. ſcribit ei

μάγους dixiſſe, quod genus ſapientum & doctorum habebatur in Perſis, &c.

Qui & naturæ rationem, quam φυσιολογίαν Græci appellant, notam eſſe ſibi profitebatur.

Nam & Athenienſes omnibus ſemper publicis conſiliis diuinos quoſdã ſacerdotes, quos μάντεις uocãt, adhibuerũt.

Hoc nimirum eſt illud quod de Socrate accepimus, quódque ab ipſo in libris Socraticorum ſæpe dicitur, eſſe diuinum quiddam (quod δαιμόνιον appellat) cui ſemper ipſe paruerit, nunquam impellenti, ſæpe reuocanti.

Fatum autem id appello quod εἱμαρμένην, id eſt ordinem ſeriémque cauſarũ, quũ cauſa cauſæ nexa rẽ ex ſe gignat.

Ex lib. De diuin. II.

Quomodo autem mentientẽ, quem ψευδόμενον uocant, diſſoluas? aut quemadmodum ſoriti reſiſtas? quem ſi neceſſe ſit Latino uerbo, liceat acerualem appellare: ſed nihil opus eſt. ut enim ipſa philoſophia & multa uerba Græcorum, ſic Sorites ſatis Latino ſermone tritus eſt.

Qua ex cognatione naturæ, & quaſi concentu atque conſenſu, quam συμπάθειαν Græci appellant, &c.

Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt, uim quandam eſſe aiunt ſignifero in orbe (qui Græcè ζωδιακὸς dicitur) talem ut eius orbis unaquæque pars alia alio modo moueat immutétque cœlum.

Quum enim illi orbes qui cœlum quaſi medium diuidunt, & aſpectum noſtrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominãtur, à nobis finiẽtes rectè nominari poſſunt, &c.

Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellãt dialectici, ſed nos Latinè loqui malumus: præſumptio autem, quam πρόληψιν ijdem uocant, non dabitur.

Non eſſe autem illud carmen furentis, cum ipſum poe-

ma declarat(eſt enim magis artis & diligẽtiæ, quàm incitationis & motus) tum uerò ea quæ ἀκροστιχὶς *dicitur, quum deinceps ex primis uerſus literis aliquid connectitur.*

Demoſthenes quidem, qui abhinc annos propè trecentos fuit, iam tum φιλιππίζειν *Pythiam dicebat, id eſt quaſi cum Philippo facere.*

Aut enim diuina uis quædam conſulens nobis ſomniorũ ſignificationes facit: aut coniectores ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ, quam uocant συμπάθειαν, *quid cuique rei conueniat, ex ſomniis, & quid quanque rem ſequatur, intelligunt.*

Quæ eſt continuatio coniunctióque naturæ, quam ut dixi, uocant συμπάθειαν.

¶Ex *lib.* De *fato.*

Quia pertinet ad mores, quos ἤθη *Græci uocant: nos eã partem philoſophiæ, de moribus appellare ſolemus.*

Explicandáque uis eſt ratióque enuntiationũ, quæ Græci ἀξιώματα *uocant: quæ de re futura quum aliquid dicunt, de eóque quod poſſit fieri aut non poſſit, quam uim habeant, obſcura quæſtio eſt, quam* περὶ δυνατῶν *appellant: totáque eſt logicæ, quam rationem diſſerendi uoco.*

Socratem nônne legimus quemadmodum notarit Zopyrus φυσιογνώμων, *qui ſe profitebatur hominum mores naturáſque ex corpore, oculis, uultu, fronte pernoſcere?*

Præcepta appello quæ dicuntur Græcè θεωρήματα.

Si eſt motus ſine cauſa, non omnis enunciatio (quod ἀξίωμα *dialectici appellant) aut uera erit, aut falſa.*

Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam, quum declinat atomus interuallo minimo. id appellat ἐλάχιστον.

Nec nos impediet illa ignaua ratio, quæ dicitur (appellatur enim quidam à philoſophis ἀργὸς λόγος) cui ſi pareamus, nihil eſt omnino quod agamus in uita.

¶Ex *lib.*De *leg.*I.

Legem doctiſſimi uiri Græco *putant nomine à ſuum cuique tribuendo appellatam: ego noſtro, à legendo.* Græcum *nomen eſt* νόμος, ἀπὸ τοῦ νέμειν.

Ita fit ut mater omnium bonarum artium ſapientia ſit: à cuius amore, Græco *uerbo* φιλοσοφία *nomen inuenit.*

Ex *lib.*De *leg.*II.

Quúmque Veſta *quaſi focum urbis, ut* Græco *nomine eſt appellata (quod nos propè idem* Græcum *interpretatum nomen tenemus) complexa ſit, &c.* Græcum *eſt* ἑστία.

Diuinationem, quã Græci μαντικὴν *appellant, eſſe cenſeo.*

De *ſepulchris autem nihil eſt apud* Solonem *amplius, quàm ne quis ea deleat, néue alienum inferat: pœnáque eſt, ſi quis buſtum (nam id puto appellari* τύμβον*) &c.*

Ex *lib.*De *leg.*III.

Græci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες *creantur: nec hi ſolùm literas (nam id quidem etiam apud maiores noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſeruabant, ad legéſque reuocabant.*

¶Ex *lib.*De *uniuerſ.*

Id optimè aſſequitur quæ Græcè ἀναλογία, Latinè *(audendum eſt enim, quoniam hæc primùm à nobis nouantur) comparatio proportióue dici poteſt.*

Mundus *globoſus eſt fabricatus, quod* σφαιροειδὲς Græci *uocant: cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur.*

Quas interuallis ita locabat, ut in ſingulis eſſent bina

media: uix enim audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellant: ſed quaſi ita dixerim, intelligatur: erit enim planius.

Animus autem oculorum effugit obtutum. eſt autem unus ex omnibus, rationis contẽtioniſque (ἁρμονία Græcè) ſempiternarum rerum & ſub intelligentiam cadentium compos & particeps.

Circúmque cælum æqualiter diſtribuit, ut hunc uarietate diſtinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus.

Reliquorum autem quos Græci δαίμονας appellant, noſtri (opinor) Lares: ſi modò hoc rectè conuerſũ uideri poteſt.

¶Ex *lib.* De *off.* I.

Perfectum autem officium, rectum (opinor) uocemus, quod Græci κατόρθωμα: hoc autẽ, cõmune, quod ij καθῆκον uocãt.

Hoc loco continetur id quod dici Latinè decorum poteſt: Græcè enim πρέπον dicitur.

Duplex eſt enim uis animorum atque naturæ: una pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græcè: quæ hominem huc & illuc rapit, &c.

Multáque multorum facetè dicta: ut ea quæ à ſene Catone ſunt collecta, quæ uocantur ἀποφθέγματα.

De Græcis autem dulcem & facetum, feſtiuiq; ſermonis, atque in omni oratione ſimulatorem (quem εἴρωνα Græci nominauerunt) Socratem accepimus.

Deinceps de ordine rerum & temporum opportunitate dicendum eſt. Hæc autem ſcientia continet eam quam Græci εὐταξίαν nominant, non hanc quam interpretamur modeſtiam: quo in uerbo modus ineſt. ſed illa eſt εὐταξία, in qua intelligitur ordinis conſeruatio.

Princépſque omnium uirtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν *Græci uocant. prudentiam enim, quam Græci* φρόνησιν *dicunt, aliam quandam intelligimus.*

Ex *lib.* De *off.* II.

Sapientiam qui expetunt igitur, φιλόσοφοι *nominantur: nec quicquam aliud eſt* φιλοσοφία *(ſi interpretari uelis) quā ſtudium ſapientiæ.*

Alterum eorum in quibus uirtus uertitur, eſt cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη *nominant: appetitiones, quas illi* ὁρμάς, *obedientes efficere rationi.*

¶Ex *libro* De *ſenectute.*

Bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia uitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem uocant. Vertit συμπόσιον *&* σύνδειπνον.

Quàm copioſè ab eo agricultura laudatur in libro qui eſt de tuenda re familiari: qui οἰκονομικὸς *inſcribitur.*

¶Ex *Paradoxis.*

Ego uerò illa ipſa, quæ uix in gymnaſiis & in otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos, quæ quia ſunt admirabilia, contráque opinionem omnium, ab ipſis etiam παράδοξα *appellantur.*

¶Ex *ſomnio Scipionis:*

Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circulus elucens, quem uos (ut à Graiis accepiſtis) orbem lacteū nuncupatis. Græcè κύκλος γαλαξίας.

Ex volumine Epiſtolarum.

Ex lib.I.Epiſtolarum quæ appellantur familiares.

Sed præſta te eum, qui mihi à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus. Græcè dicitur ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων.

Ex libro IX.

Sapiētius noſtri quàm Græci: illi συμπόσια *aut* σύνδειπνα, *id eſt compotationes aut concœnationes: nos conuiuia, quòd tum maximè ſimul uiuitur.*

Sed tamen ne Ariſtippus quidem ille Socraticus erubuit, quum eſſet obiectum habere eum Laida: Habeo, inquit Laida: non habeor à Laide. Græcè hoc melius: tu ſi uoles, interpretabere. Græca uerba ſunt, Ἔχω Λαΐδα, οὐκ ἔχομαι.

Ex libro XIII.

A te peto ut ſcribas ad tuos, poſſe tua uoluntate decretum illud Areopagitarum (quem ὑπομνηματισμὸν *illi uocāt) tolli.*

Ex libro XV.

Neque id κατ' εἰδώλων φαντασίας, *ut dicunt tui amici noui: qui putant etiam* διανοητικὰς φαντασίας *ſpectris Catianis excitari. nam (ne te fugiat) Catius Inſuber Epicureus, qui nuper mortuus eſt, quæ ille Gargettius, etiam antè Democritus* εἴδωλα, *hic ſpectra nominat; &c.*

Ex libro XVI.

Mihi prora & puppis, ut Græcorum prouerbium eſt, fuit à me tui dimittendi, ut rationes noſtras explicares. Græcè dicitur, πρῷρα καὶ πρύμνα.

¶Ex lib.III.epiſt.ad Quin.frat.

Illud, γνῶθι σεαυτὸν, *noli putare ad arrogantiam minuēdam ſolùm eſſe dictum, uerùm etiā ut bona noſtra norimus.*

¶ Ex epiſt. ad Attic. lib. I.

Cætera non poſſunt habere eandem neque uim, neque uenuſtatem, remoto illo ſtudio contentionis, quem ἀγῶνα uos appellatis.

Ex *libro* III.

Sumant membranulam ex qua indices fiant, quos uos Græci (ut opinor) συλλάβους appellatis.

Ex *libro* VII.

Quòd ſi δήμους oppida uolumus eſſe, tam eſt oppidum Sunium, quàm Piræeus.

Ex *libro* XIII.

Et mehercule nunc, quum ita ſimus affecti ut non poſſimus planè ſimul uiuere (intelligis enim profectò quo maximè poſita ſit συμβιώσεως) facilè patiebar nos potius Romæ unà eſſe quàm in Tuſculano.

Brutus mihi T. Ligarij uerbis nuntiauit, quòd appelletur L. Curfidius in oratione Ligariana, erratum eſſe meũ, ſed, ut aiunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα.

Puteolis ſe aiebat unum diem fore, alterum ad Baias. habes hoſpitium, ſiue ἐπισταθμίαν.

Ex *libro* XVI.

Quod de inſcriptione quæris, non dubito quin τὸ καθῆκον officium ſit, niſi quid tu aliud: ſed inſcriptio plenior De officiis. προσφωνῶ autem Ciceroni filio: uiſum eſt non ἀνοικεῖον.

Sed ut aliud ex alio, mihi non eſt dubiũ quin quod Græci καθῆκον, nos officium.

CICERONIS ALII LOci, in quibus verba quædam Græca interpretatur: ſed ipſas Græcas voces, vt in ſuperioribus locis, nõ adſcribens: alicubi etiam interpretari ſe quaſi diſſimulans.

CIC. *Acad. quæſt. editionis ſecundæ lib.* I, *Vt in pedibus celeritatem, uim in manibus, claritatem in uoce, in lingua etiam explanatam uocum impreſſionem.* Cicero τύπωσιν hîc reddidit *impreſſionem.* Paulo pòſt, *Naturæ celeritatem ad diſcendum & memoriam dabant.* εὐμάθειαν, *quam alibi uno uerbo docilitatem appellat, hîc celeritatem ad diſcendũ uocat.* Paulo pòſt, I*n quibus erat philoſophia ipſa: in qua quod inchoatum eſt neque perfectum, progreſſio quædã ad uirtutem appellatur.* Quam Cicero *progreſſionem appellat,* προκοπὴ Græcè *dicitur.*

Ibidem, Principes *qualitates ſunt unius modi & ſimplices: ex iis autem ortæ, uariæ ſunt & quaſi multiformes.* Cicero *pro* Græco *nomine* πολυειδεῖς Latinum *multiformes ponere uoluit: cuius ut nouitatem quodammodo excuſaret, quaſi dixit.* Paulo pòſt, Ergo *illa initia, & ut è* Græco *uertam, elemẽta dicũtur.* στοιχεῖα Græcé. Paulo pòſt, Sed *ſubiectam putant omnibus ſine ulla ſpecie, atque carentem omni illa qualitate materiã quandã.* ὕλην ἄποιον dixit Cicero *materiam omni qualitate carentem.* Paulo pòſt, Et *materiã ipſam totam penitus commutari putant, & ita effici quæ appellant qualia.* Cicero *per qualia intelligit* τὰ ποιὰ *uel* πεποιωμένα.

Ibidem de Zenone loquens, Cætera autem etſi nec bona nec mala eſſent, tamen alia ſecundum naturam dicebat, alia naturæ eſſe contraria. iis ipſis alia interiecta & media numerabat. Quæ autem ſecundum naturam eſſent, ea ſumenda & quadam æſtimatione dignanda docebat: contráque contraria. Neutra autẽ in mediis relinquebat, in quibus ponebat nihil omnino eſſe momenti. Sed quæ eſſent ſumenda, ex iis alia pluris eſſe æſtimanda, alia minoris. quæ pluris, ea præpoſita appellabat: reiecta autem, quæ minoris. οἰκεῖα, ea quæ ſecundum naturam eſſent: quæ naturæ contraria, ἀνοίκεια Stoici appellabãt. Idem Cicero in Lucullo οἰκεῖον accommodatum ad naturam interpretatur: ubi ait, Nã quomodo non poteſt animal ullum nõ appetere id quod accommodatum ad naturam appareat (Græci id οἰκεῖον appellant) ſic non poteſt, &c. Quæ autem Cicero dicit, Sumenda & quadam æſtimatione dignanda, ληπτὰ καὶ ἀξίαν ἔχοντα uocabantur. Præpoſita autem, προηγμένα. Reiecta, ἀποπροηγμένα. At ea in quibus ponebat nihil omnino eſſe momenti, ὅλως ἀρρεπῆ dicebantur. Quod autem Cicero paulo pòſt dicit, Perturbationes opinionis iudicio ſuſcipi, hiſce Græcis uerbis reſpondet, κρίσεις εἶναι τοῦ λογιστικοῦ τὰ πάθη.

CIC. De fin. II, de Epicuro loquens, Eúmque qui crebrò dicat, diligenter oportere exprimi quæ uis ſubiecta ſit uocibus, non intelligere interdum quid, &c. Cicero dicens, Quæ uis ſubiecta ſit, Græcã uocẽ Epicuri ὑποτιθέμενα expreſſit.

Ibidem, Vt enim conſuetudo loquitur, id ſolùm dicitur honeſtum, quod eſt populari fama glorioſum. Idem in Lucullo, Audi, inquit, contrà illos qui nomen honeſtatis à ſe ne intelligi quidem dicunt: niſi fortè, quod glorioſum ſit in uulgus, id honeſtum uelimus dicere. Quum Cicero dixit uno in loco Glorioſum populari fama, altero, Glorioſum in uulgus, ἔνδοξον

interpretari uoluit. Dicebat enim Epicurus, ἢ μηδὲν εἶναι τὸ καλὸν, ἢ ἄρα τὸ ἔνδοξον.

Ibidem, Indiuidua & intermundia, quæ nec ſunt ulla, nec poſſunt eſſe, intelligimus: uoluptas quæ, &c. Indiuidua & intermundia uocat ἀτόμους *&* μετακόσμια.

Ibidem, Turtures & curſu & peregrinatione lætantur: congregatione aliæ cœtum quodammodo ciuitatis imitantur. Non poſſit quiſquam aptius uerba Græca Ariſtotelis ἀγελαῖα ζῶα *&* πολιτικὰ Latinè interpretari.

Ibidem, Quæ autem eſt alia cauſa erroris tanti tam longè latéque diffuſi, niſi quòd is qui uoluptatem ſummum bonum eſſe decernit, non cum ea parte animi in qua ineſt ratio atque conſiliũ, ſed cum cupiditate, id eſt cum animi leuiſſima parte, deliberat? Hîc Cicero τὸ ἐπιθυμητικὸν *cupiditatẽ interpretatur:* τὸ λογιστικὸν *partem animi in qua ineſt ratio atque conſilium.*

CIC. *De fin.* III, *Quũ uerò illa quæ officia eſſe dixi, proficiſcantur ab initiis naturæ, ad ea hæc referri neceſſe eſt: ut rectè dici poſſit, omnia officia eo referri, ut adipiſcamur principia naturæ.* Stoicorum uerba ſunt apud Plutarchũ, τὸ πάντα τὰ παρ' ἑαυτὸν ποιεῖν ἕκαστον, ἕνεκα τοῦ τυγχάνειν τῶν πρώτων κατὰ φύσιν, ἐπ' ἐκεῖνο δὲ πάντα ἔχειν τὰ πραττόμενα τὴν ἀναφορὰν, τὸ τυγχάνειν τῶν πρώτων κατὰ φύσιν. Hîc *quæ uerba quibus reſpondeant, tu uide.*

Ibidem, Sed quum ab his omnia proficiſcantur officia, non ſine cauſa dicitur, ad ea referri omnes noſtras cogitationes: in his & exceſſum è uita & in uita manſionem. μονὴν ἐν τῷ βίῳ καὶ ἐξαγωγὴν *interpretatur manſionem in uita & exceſſum è uita.*

CIC. *De fin.* IIII, *Stoicos irridens, ait, At quanta conãtur? mundũm hunc omnem oppidum eſſe noſtrum.* ſinandit

igitur eos qui audiunt. Vide quantam rem agas, ut qui Circeis habitet, totum hunc mundum, ſuum municipium eſſe exiſtimet. Græcum nomen quod exprimere uoluit hîc Cicero, eſt κοσμοπολίτης. ad quod alludens etiam Acad. quæſt. editionis ſecundæ lib. I, dicit, de ueteribus Academicis loquens, Hominem eſſe cenſebant quaſi partem quandam ciuitatis & uniuerſi generis humani, eúmque coniunctum cum hominibus humana quadam ſocietate.

CIC. *Tuſcul.* I, *Pythagoram autem reſpondiſſe, ſimilem ſibi uideri uitam hominum, & mercatum eum qui haberetur maximo ludorũ apparatu, totius Græciæ celebritate. Cicero uidetur tot uerba hîc poſuiſſe, quòd nullum haberet quo uno uim huius Græci uerbi πανήγυρις exprimere poſſet.*

CIC. *Tuſc.* III, *Itaque nihil melius quàm quod eſt in conſuetudine ſermonis Latini, quum exiſſe è poteſtate dicimus eos qui effrænati feruntur aut libidine aut iracundia. quanquam ipſa iracundia libidinis eſt pars. Sic enim definitur, Iracundia, ulciſcendi libido. Græcè, ὀργὴ, τιμωρείας ἐπιθυμία.*

CIC. *Tuſc.* V, *Stoicorum quidem facilis concluſio eſt, qui quum finem bonorum eſſe ſenſerint, cõgruere naturæ cúmque ea conuenienter uiuere, quum adſit, &c.* Idem *De fin.* III, *Quum ergo hoc ſit extremum, congruenter naturæ conuenientérque uiuere.* Idẽ *De off.* III, *Etenim quod ſummum bonum à Stoicis dicitur, conuenienter naturæ uiuere: id habet hanc, ut opinor, ſententiã, cum uirtute congruere ſemper. Sed & Horatius, Viuere naturæ ſi conueniẽter oportet. Vides ut nulla magis apta repererint uocabula quibus Græca hæc exprimerent, ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν.*

CIC. *De diuin.* I, *Fatum autem id appello quòd Græci εἱμαρμένην, id eſt ordinem ſeriémque cauſarum. Vide ut Cice-*

το εἱρμὸν ſeriem interpretatus ſit. Græci enim εἱμαρμένην definiunt εἱρμὸν αἰτιῶν. Sic & alibi ſæpe Cicero ſeriem pro continuatione & quadam uelut colligatione accipit. quod optime nomini huic εἱρμὸς & eius etymologiæ reſpõdet. Idem tamen ad hanc fati definitionem alludens in libro De fato, ait, An aliter hæc enuntiatio uera eſſe non poteſt, Capiet Numantiam Scipio: niſi ex æternitate cauſa cauſam ſerens hoc erit effectura? Sed hoc nemini mirum uideri debet, quãuis alia ſit Græcæ, alia Latinæ uocis notatio, eandẽ utriuſque ſignificationem eſſe.

CIC. De fato, Vt in reliquis eiuſmodi, naturæ contagio ualet, quam ego non tollo: uis eſt nulla fatalis. Cicero hîc uerbũ Græcum συμπάθειαν exprimere uoluit: quod quum lib. De diu. II, coniunctionem naturæ & quaſi concentum atque conſenſum interpretetur, ego malim hîc ea exemplaria ſequi in quibus pro contagio legitur cognatio.

Ibidẽ, Non enim ſi alij ad alia propenſiores ſint propter cauſas naturales & antecedentes, idcirco etiam noſtrarum uoluntatum atque appetitionũ ſunt cauſæ naturales & antecedentes. nam nihil eſſet in noſtra poteſtate, ſi ita res ſe haberet. Cicero προκαταρκτικὰ ſiue προηγούμενα αἴτια uocat antecedentes cauſas. &, in noſtra poteſtate, quod Stoici ἐφ' ἡμῖν appellant. Paulo pôſt principales cauſas appellat κύρια καὶ συνεκτικὰ αἴτια: quum ait, Vt enim ingenioſi & tardi ita naſcantur, antecedentibus cauſis, itémque ualentes & imbecilli: non ſequitur tamen ut etiam ſedere eos & ambulare & rem agere aliquam, principalibus cauſis definitũ & conſtitutum ſit. Sed hîc quũ principales dicit, præcipue κύρια exprimit. aliquanto pôſt uim huius uerbi συνεκτικὰ explicat, quum ait, Sed intereſt inter cauſas fortuitò antegreſſas & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam natura-

lem. Atque hîc rurſum alio uerbo προκαταρκτικὰ ſeu προηγούμενα exponit. Sed aduerbium fortuito in neutro horū duorū includitur: & aliis in locis uocat Cicero cauſas antegreſſas, hoc aduerbium non addens.

Ibidem, Si enim uerum eſt quod ita connectitur, Si quis oriente canicula natus eſt, in mari non morietur: illud quoque uerum eſt, Si Fabius, &c. Hîc, Quod connectitur, & alibi Connexum dicit quod Stoici τὸ συνημμένον, uel τὸ ἐκ συνημμένων appellare ſolebāt. Paulo pòſt, Ergo hæc quoque coniūctio eſt ex repugnantibus, Et eſt Fabius, & in mari Fabius morietur. συμπεπλεγμένον ijdem uocabant quam hîc Cicero coniunctionem. Statim pòſt, Ergo illud, Morietur in mari Fabius, ex eo genere eſt quod fieri non poteſt. Græcè τῶν ἀδυνάτων ἐστί.

Ibidem, Vt quum duo indiuidua per inanitatem ferantur, alterum è regione moueatur, alterum declinet. Indiuidua, ἄτομοι: quæ alibi, indiuidua corpuſcula. Inanitas, τὸ κενόν. E regione, κατὰ στάθμην. Paulo pòſt, Ad perpendiculum & rectis lineis pro eodem dicit: ubi hæc ait, Sed Epicurus declinatione atomi uitari fati neceſſitatem putat: itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & plagam, quum declinat atomus interuallo minimo: id appellat ἐλάχιστον. quam declinationem ſine cauſa fieri, ſi minus uerbis, re cogitur confiteri. non enim atomus ab atomo pulſa declinat. nam quî poteſt pelli alia ab alia, ſi grauitate feruntur ad perpendiculum corpora indiuidua rectis lineis, ut Epicuro placet? Reliqui duo motus, quorum Cicero meminit, Græcè dicuntur κινήσεις κατὰ παρέγκλισιν & κατὰ πληγήν.

Ibidem, Nec nos impediet illa ignaua ratio quæ dicitur. appellatur enim quidam à philoſophis ἀργὸς λόγος: cui ſi pareamus, nihil omnino agamus in uita. Sic enim interrogāt,

Si fatum tibi eſt, ex hoc morbo conualeſcere, ſiue, &c. Paulo *pôſt, Rectè genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum eſt, quòd eadem ratione omnis è uita tolletur actio.* Obſerua *hîc ut* Cicero *uocem* λόγον*, quam interpretatus erat rationem, continuo pôſt interrogationem appellet.* Idem *aliquanto pôſt rurſus rationem pro ratiocinatione (ut* Stoici λόγον ἀντὶ τοῦ συλλογισμοῦ*) uſurpat: quum ait,* Itaque *illi rationi quam paulo antè concluſi, ſic occurrit,* Si *omnia fato fiant, ſequi illud quidem, ut omnia cauſis fiant antepoſitis: uer non principalibus cauſis & perfectis, ſed adiuuantibus & proximis.* Sed *præterea in hoc poſtremo loco obſerua cauſas antepoſitas à* Cicerone *uocari quas prius antecedentes & antegreſſas dixerit,* προηγούμενα *uel* προκαταρκτικὰ αἴτια*· quanquam non tam huius quã illius uocis uis hiſce uerbis* Latinis *exprimitur.* Principales *autẽ & perfectas,* κύρια καὶ αὐτοτελῆ*.* Adiuuantes *cauſas,* συναίτια*.* Proximas *cauſas,* προσεχῆ αἴτια*.* Antea *etiã uocauerat naturalem cauſam,* αἴτιον φυσικόν*.*

Ibidem*, aliquanto ante locum proximè citatum,* At *ſi ita fatum ſit,* Naſcetur OEdipus Laio*: non poterit dici, ſiue fuerit* Laius *cum muliere, ſiue non fuerit: copulata enim res eſt & confatalis. ſic enim appellat. ſub.* Chryſippus*.* Paulo *pôſt,* Tam *enim eſt fatale, medicum adhibere quàm conualeſcere.* Hæc*, ut dixi, confatalia ille appellat.* συνειμαρμένον *quod appellat* Chryſippus*,* Cicero *confatale uertit.*

CIC. De *leg.* I, Lex *eſt ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea quæ faciẽda ſunt, prohibêtq; contraria.* Paulo *pôſt,* Lex *enim eſt naturæ uis, ea mẽs ratiôq; prudẽtis, ea iuris atque iniuriæ regula.* Cicero *prius illud,* Quæ *iubet ea quæ faciẽda ſunt, prohibêtq; cõtraria, ex* Chryſippo *interpretatur, qui* νόμον *definiens, inter cætera ait,* δεῖν εἶ[ναι] προστακτικὸν μὲν

τῶν ποιητέων, ἀπαγορευτικὸν δὲ τῶν οὐ ποιητέων. Item hoc poſterius, Ea iuris atque iniuriæ regula, ex Chryſippo tranſfert, qui ait in eadem definitione, δεῖ εἶναι κανόνα δικαίων τε καὶ ἀδίκων.

Ibidem, Eámque rem illi Græco putant nomine à ſuũ cuique tribuendo appellatam: ego noſtro, à legendo. Cicero intel ligit Græcos νόμον uocauiſſe παρὰ τὸ νέμειν.

Ibidem, Nec uerò ferent ſi audierint, te primum caput li bri optimi prodidiſſe, in quo ſcripſit, Nihil curare deum nec ſui nec alieni. Hæc ſunt ex libro quem Epicurus κυρίας δόξας inſcripſit. hæc enim illic prima ſententia eſt, Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει. Idem Cicero iſta quorum hîc ſenſum tantummodo expoſuit, De diuin. II, ad uerbum ita reddidit, Quod beatum & immortale eſt, id nec habet nec exhibet cuiquam negotium.

Ibidem, Nam & uoluptate capiuntur omnes: quæ etſi eſt illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam ſimile naturalis boni. Plato in Timæo ἡδονὴν appellat δέλεαρ κακῶν. ad quæ uerba reſpicit hîc Cicero, δέλεαρ interpretans illecebrã. quum in libro De ſenectute uerterit eſcam. ubi ait, Diuinitus enim Plato eſcam malorum, uoluptatem appellat.

CIC. De leg. II, Si quis buſtum, aut monimentum (inquit Solõ) aut columnam uiolarit, deiecerit, fregerit. Paulo pòſt, Nam ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui niſi columellam, tribus cubitis ne altiorem. Cicero στήλην columnam, στηλίδα columellam hîc interpretatus eſt.

CIC. in Oratore, Itaque qualis eorum motus quos ἀπαλαίστρους Græci uocant, talis horum mihi uidetur oratio qui non claudunt numeris ſententias. Paulo pòſt, Sed magnam exercitationem res flagitat, ne quid eorum, &c. Paulo antè dixerat, Vt enim athletas nec multo ſecus gladiatores uide-

mus nihil nec uitando facere cautè, nec petendo, uehementer, in quo non motus hic habeat palæſtram quandam, ut quicquid,&c. Cicero *quos* ἀπαλαίστους *uocat, ſatis, ut uides, ex præcedentibus & ſequentibus oſtendit.*

Ibidem, Multæ *ſunt* Demoſthenis *totæ orationes ſubtiles, ut contra* Leptinem: *multæ, totæ graues, ut quædā* Philippicæ: *multæ, uariæ, ut contra* Æſchinem *falſæ legationis, ut contra eundē, pro cauſa* Cteſiphōtis. *Obſerua hîc ut* Cicero *interpretetur* πρὸς Λεπτίνην, *contra* Leptinem. παραπρεσβείαν, *falſam legationem. quum eiuſdem uerbi uim exprimere uolens alibi, dicat* Æſchinem *à* Demoſthene *accuſatum quòd legationem ementitus eſſet. Obſerua etiam ut* ὑπὲρ Κτησιφῶντος, *nō interpretetur, pro* Cteſiphonte, *ſed pro cauſa* Cteſiphontis.

CIC. *De orat.* I, *Cuius rei tanta uis ac natura eſt, ut* Ithacam *illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam, ſapientiſſimus uir immortalitati anteponeret.* Vide *ut* Cicero *epitheta hæc* κραναὴ *&* τραχεῖα *interpretatus ſit. utraque enim apud* Homerum *de* Ithaca *eo ſenſu dicuntur: ſed* τρηχεῖα *eſt apud illum, metri cauſa.*

CIC. *De orat.* II, *Verborum autem ratio, & genus orationis fuſum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens, ſine hac iudiciali aſperitate & ſine ſententiarum forenſium aculeis perſequendum eſt.* Idem *in* Oratore, *de hiſtoria loquens,* Sed *in his tracta quædam & fluens expetitur non hæc contorta & acris oratio.* Cicero, *priore illo loco omnino expreſſit* εἰρομένην λέξιν *quam appellat* Ariſtoteles: *poſteriore &* εἰρομένην *&* κατεστραμμένην. Atque *hoc eo magis audacter pronuntio, quòd etiam* Adrianum Turnebum *maximi nominis uirum in eadem opinione eſſe uideam.*

CIC. *Epiſt. ad* Att. *lib.* XIII, *epiſt.* XXII, *aut ut alij,*

XXIII, *Scripſit enim* Balbus *ad me, ſe à te quintum* De *finibus librum deſcripſiſſe: in quo non ſanè multa mutaui, ſed tamen quædam. tu autem commodè feceris, ſi reliquos continueris, ne & ἀδιόρθωτα habeat* Balbus *&* ἕωλα Brutus. *Aliquanto poſt, in eadem, aut ut alij uolunt, proxima epiſtola,* Balbo *quidem intelligebam ſatiſfaciendum fuiſſe: tantùm nolebam, aut obſoletum* Bruto, *aut* Balbo *inchoatum dari. Vide ut* Cicero *quod Græcè dixerat* ἀδιόρθωτον, *Latinè inchoatum appellet:* ἕωλον *autem, obſoletum.*

Eiuſdem libri epiſt. XXVII, *de quadam ſua ad* Cæſarem *epiſtola loquens, Quod enim aliud argumentum epiſtolæ noſtræ niſi* κολακεία *fuit? De eadē aliquātò poſt, uel proxima, (ſi ita placet diuidere) epiſtola, ita loquitur,* De *epiſtola ad* Cæſarem *(iurato mihi crede) non poſſum. nec me turpitudo deterret: etſi maxime debebat. quàm enim turpis eſt aſſentatio, quum uiuere ipſum turpe ſit nobis? Quam* κολακείαν *dixerat, appellat hîc aſſentationem.*

Ibidem, non multò pòſt, Quid? tu hunc de pompa, Quirini contubernalem, his noſtris moderatis epiſtolis lætaturum putas? Idem Cicero *in quadam lib.* XII. *epiſtola,* De Cæſare *uicino ſcripſeram ad te, quia cognoram ex tuis literis. eum* σύνναον *Quirini malo quàm* Salutis. Sed *hîc* Cicero *uidetur uocem* Latinā *paulo latius extendere. An ſint alij præter hos apud* Ciceronem *huiuſmodi loci, uideant ij quibus plus eſt otij. Antea quoque adnotaui eius ex lib. 9. harū epiſt. locum, ubi ait,* Antè *ſolicitus erā & angebar, ſicut res ſcilicet ipſa cogebat, quum conſilio explicare nihil poſſem: nunc autem, poſtquam* Pompeius *&* Conſules *ex* Italia *exierunt, non angor, ſed ardeo dolore.* – οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι. *non ſum, inquam, mihi crede, mentis compos: tantum mihi dedecoris admiſiſſe uideor.* Cicero *hîc, uti dixi, quod* Græ

cis uerbis expoſuerat, Latinis iterum declarare uolẽs, particula In quam, quæ repetitionibus accommodatiſſima eſt, utitur. Quem locum hic iterum adnoto, ut oſtendam, Ciceronẽ non ſolùm in diuerſis locis (ut ſuperioribus exemplis docui) ſed & in eodem libenter eandem ſententiã Latinè & Græcè exprimere. Sed hæc hactenus.

Loci aliquot ſuperioribus adiungendi.

CIC. *De off.* I, *Omnino qui Reip. præfuturi ſunt, duo Platonis præcepta teneant, unum, ut utilitatem ciuium ſic tueantur, ut quicquid agunt, ad eam referant obliti commodorum ſuorum: alterum, ut totum corpus Reipub. curent: ne, dũ partem aliquam tuentur, reliquas deſerant.* Plato πολιτ. I, Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς ἐν οὐδεμιᾷ ἀρχῇ, καθ' ὅσον ἄρχων ἐστί, τὸ αὑτῷ ξυμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ, καὶ ᾧ ἂν αὐτὸς δημιουργῇ· καὶ πρὸς ἐκεῖνο βλέπων καὶ τὸ ἐκείνῳ ξυμφέρον καὶ πρέπον, καὶ λέγει ἃ λέγει καὶ ποιεῖ ἃ ποιεῖ ἅπαντα. *Duabus paginis pòſt,* Καὶ ἐνταῦθα ἂν καταφανὲς γενέσθαι ὅτι ὁ τῷ ὄντι ἀληθινὸς ἄρχων οὐ πέφυκε τὸ αὑτῷ ξυμφέρον σκοπεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ. *Illa autem, ut totũ corpus Reipub. curent, ne, dũ partẽ aliquã tuentur, reliquas deſerãt: apud Platonem leguntur aliquot locis: ex quibus unus tantummodo mihi in præſentia ſuccurrit hic,* πολιτ. VII, νομοθέτῃ οὐ τούτου μέλει ὅπως ἕν τι γένος ἐν πόλει διαφερόντως εὖ πράξει, ἀλλ' ἐν ὅλῃ τῇ πόλει τοῦτο μηχανᾶται ἐγγενέσθαι. CIC. *eodem libro, paulo pòſt, Miſerrima eſt omnino ambitio honorũmque contentio: de qua præclarè apud eundem eſt Platonem, ſimiliter facere eos qui inter ſe contenderent uter potius Rẽpub. adminiſtraret: ut ſi nautæ certarent, quis eorũ potiſſimum gubernaret.* Plato πολιτ. VI, Οὕτω γὰρ χαλεπὸν τὸ πάθος τῶν ἐπιεικεστάτων ὃ πρὸς τὰς πόλεις πεπόνθασιν, ὥστ' οὐδ' ἔστιν ἓν οὐδὲν ἄλλο τοιοῦτο πεπονθός· ἀλλὰ δεῖ ἐκ πολλῶν αὐτὸ ξυνα

γαγεῖν, εἰκάζοντα καὶ ἀπολογούμενον ὑπὲρ αὐτῶν, οἷον οἱ γραφεῖς τραγελάφους καὶ τὰ τοιαῦτα μιγνύντες γράφουσι. νόησον γὰρ τοιουτονὶ γιγνόμενον εἴτε πολλῶν νεῶν πέρι, εἴτε μιᾶς ναύκληρον, μεγέθει μὲν καὶ ῥώμῃ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ νηὶ ἅπαντας, ὑπόκωφον δὲ καὶ ὁρῶντα ὡσαύτως βραχύ τι καὶ γιγνώσκοντα περὶ ναυτικῶν ἕτερα τοιαῦτα. τοὺς δὲ ναύτας στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς κυβερνήσεως, ἕκαστον οἰόμενον δεῖν κυβερνᾶν, μήτε μαθόντα πώποτε τὴν τέχνην, μήτε ἔχοντα ἀποδεῖξαι διδάσκαλον ἑαυτοῦ, μηδὲ χρόνον ἐν ᾧ ἐμάνθανε. πρὸς δὲ τούτοις, &c.

Cic. in Oratore, Atque etiam ante hunc Ariſtoteles principio artis rhetoricæ dicit illam artem quaſi ex altera parte reſpondere dialecticæ. ut hoc uidelicet differant inter ſe: quòd hæc ratio dicendi latior ſit, illa loquendi, contractior. Idem lib. Acad. quæſt. 1, Huic quaſi ex altera parte oratoria uis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuæ ad perſuadẽdum accommodatæ. Ariſtoteles ſic exorditur ſuũ primum Rhetoricæs librum, Ἡ ῥητορική ἐστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ.

SVNT & alii aliquot apud Ciceronẽ loci quibus quæ aliqua ex parte reſpōdeant Græca verba, apud ſcriptores qui extant, habentur: ſed quum de quibus rebus tractant ii qui ad nos peruenerunt authores, de iiſdem alii multi ex illis qui interciderunt, tractauerint, & eosquoque verſauiſſe Ciceronem, minĩmè ſit dubium: quis ſcit an non quum illorum Græca Latinis Ciceronis tantùm aliqua ex parte reſpondeant verba, horum contrà verba Ciceronianis planè reſpondeant? Huiuſmodi igitur locos (ne incerta certis admiſcentes, etiam quæ certa ſunt, ſuſpecta

HENRICVS STEPHANVS LECTORI.

Omni adhibita diligentia, ut Græcorum authorum loci quos unà cũ ſua Ciceroniana interpretatione hic habes, minimè mẽdoſi à me ederẽtur, efficere conatus ſum: ac certè ſiquis cum uulgatis omnibus eos editionibus conferat, quod dico, uerisſimum eſſe comperiet. Sed aliquot in locis uariæ ſunt ex antiquis exemplaribus, aut ex uariis, à quibus citantur, ſcriptoribus lectiones. quarum eam, ut opinor, quam interpres noſter ſequitur, optimam iudicare debemus. Sunt uerò & loci nonnulli in quibus ne ipſa quidem uetera mihi exemplaria ſatisfaciunt. De his igitur omnibus aliquid adnotabo.

Quod autẽ ad Ciceronis attinet interpretationem, profectò eius plurimi erroris mihi ſuſpecti ſunt loci: de quibus tamen nihil hîc dicam: in aliud tempus huiuſmodi diſquiſitionem ſeruans, & paucula menda quæ à noſtris operis in ea inter excudendum commiſſa eſſe puto, adnotare contentus. Vale.

Pag.2.Verſu σιν] κρίσιν ἀδίκων legiſſe videtur Cicero.

V.τάζειν] Pro ἀμηχανίου in vulgatis editionibus mẽdoſè legitur ἀμήχανον.

P.3.V.τα ποιῆτε] Lege πεπονθώς.

P.5.V.ἐξ αὑτοῦ] Rectius αὐτοῦ, pro ἑαυτοῦ.

P.7.V.μάλιστα] Pro πείσεται γράφεται πείθεται. Cicero πείσεται.

P.8.V.ρως] ἐπὶ τούτῳ,&c. In vulgatis editionibus perperam τοῦτο.

P.11.V.ὅσον] λογικὸν καὶ,&c Sic in vet.exempl. non λογιστικὸν, itidem & paulo póſt. Fortaſſe tamen aliquis hoc quàm illud malit.

P.12.V.ἀνάγκης] Pro γίγνεσθαι legendum fuerit γίγνεται, niſi à præcedentibus pendere exiſtimemus. Idem & de ἀποπλεῖσθαι quod ſequitur paulo pòſt, dicendum eſt.

V. χωρὶς] ὅπου μὲν οὖν,&c. In vulgatis editionibus perperam ὅτου pro ὅπου.

V.χεν] βλέπων ἀεί. Cicero ita vertit quaſi ἀεὶ non ſubiungatur ſed præfigatur participio βλέπων. Eam ſpeciem

quæ ſemper eadem eſt (inquit) id eſt, τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον ἀεί. Quanquam & pag. proxime ſequenti, vbi ἀεὶ non eſt, poſuit hoc aduerbium Semper.

P.13. V. εἰκόνα] Si nihil è ſuo addidit Cicero, ita legit, ἀΐδιον εἰκόνα τινὸς ἀϊδίου εἶναι.

P.14. V. τε] Pro αὐ γὰρ αὐτῆς.

V. ὅ,τι γάρ] In vulg. editionibus περ pro γάρ.

P.16. V. μᾶς] ὅσα τε ἄλλα θρέμ. Ita interpretatus eſt M. Tullius, acſi legeretur, καθάπερ ὅδε ὁ κόσμος ἡμᾶς τε τὰ θρέμματα, ὅσα τε ἄλλα συνέστηκεν ὁρατά.

V. γάρ] τὸ περὶ ἐκείνῳ δέοι ζῶον. Docet nos Ciceronis interpretatio (quod, ſine ea, ratio docuiſſe debuerat) legendum eſſe περιέχον ἐκεῖνο.

P. 18. V. θεός] Malim προσάλληλα quàm πρὸς ἄλληλα, vt alibi.

V. σας] Puto pro παντὸς ſcribendum eſſe πάντως, & ita potius legiſſe Cicero videtur.

V. ἃ ξυν.] Videtur interpres legiſſe, aut certe ita vertiſſe quaſi legerit, ἃ ξυνιστᾶται σώματα, θερμὰ καὶ ψυχρά, &c. vt adiectiua θερμὰ καὶ ψυχρὰ cum ſubſtantiuo σώματα nō iungantur: ſed pro θερμότης & ψυχρότης accipiantur. Nihil autem refert ſiue ξυνιστᾶται ſiue ξυνίσταται legas.

P.19. V. δὲ, ἓν] Ita legitur in vulgatis editionibus, vt hîc. atqui aut ἕνα legēdum, vt conueniat cum αὐτόν: aut vt eſt ἓν, ita etiam ſit αὐτὸ, referendo ad ζῶον.

V. περον] Lege ἐξικμασμένων.

P.21. V. πάλιν] μοίρας ὅσας, &c. Legēdū puto εἰς μοίρας.

P.22. V. χθὲν] κατέπεμψε Cicero videtur legiſſe, non κατέπεμψεν. Pro ἀπηναλώκει autem (in cuius locum poſitū eſt perperam in Ald. & Germ. editione ἀπηγαγώκει) legitur & κατηναλώκει.

λα,& τάχα pro τὸχ. contra fidem tamẽ edit. Ald.& Germ. In quibus etiam habetur τῶτ᾽ αὐτῷ, pro τῶτ᾽ αὐτῷ, vt hîc po ſui:ſed melius poſuiſſem τῶ ζωντί. Lego etiam κατ᾽ ζῶντα, non κατὰ ζωντά, pro quo antea poſuit Latinum aduerbium Viciſſim.

P.29.V.ὅσα] Interpunge poſt ἄστρων, non poſt ζῶα.

P.30. V. ταῦτ] Fortaſſe non εἰρημένα ſed προειρημένα legit Cicero.

V.σωμάτων] τοῖς δυναμένοις λογίζεσθαι, &c. Ciceronem particulã μὴ ante δυναμένοις legiſſe dicamus neceſſe eſt.

V.πόνος] Sequendo Ciceronianam interpretationẽ, legendum ζῶντά γε, & poſt ἡμῖν ponenda eſt στιγμή.

P.31.V.μιμούμ.] δυνάμιν περὶ τὴν, &c. Videtur neceſſarius eſſe articulus τὴν ante περὶ.

V.αὐτοῖς] Pro ἡμῖν legendum ὑμῖν, etiam ex Cicerone:ex cuius itidẽ interpretatione colligo ſcriptum olim fuiſſe δίκη καὶ νόμῳ ὑμῖν ἐθελ.

P.40.V.νου] Non μεταρρυθμηθέντος legitur in vulgatis editionibus, ſed μεταρυθμηθέντος, malè. Verùm μεταρρυθμισθέντος rectius quàm μεταρρυθμηθέντος legetur. quia μεταρρυθμίζεσθαι potius quàm μεταρρυθμεῖσθαι dicitur.

V.Θήκας] Poſt εἶναι non poſt χωρίων interpunge.

P.41.V.καὶ ὅσα] Pro illa lectione quæ eſt in vulgatis editionibus, καὶ ὅσα τούτων ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῷ βίων, vetera exemplaria hanc habent, καὶ ὅσα τούτῳ ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῷ βίῳ. quibus etiam Ciceronis interpretationem vides aſſentiri.

P.42.V.εἰδέναι] In vet. exempl. pro οὐδὲν εἰμι γράφεται οὐδὲν ἔσομαι.

V.δ[?]αμῶρειν] In vet. exempl. pro δοκεῖτε γράφεται δοκοίητε. quæ ſequor.

P.43.V.καὶ] Pro φρονιμώτατον γράφεται φρονιμώτερον.

V.τῷ] γράφεται τῷ ἀνθρωπίνων pro τῷ ἀνθρωπίνῳ. Ex Ciceronis interpretatione, vtro modo legerit, perſpici nõ poteſt.

P.44.V.ὧν] καὶ τῆς ὀσμῆς αἰσθόμενος. Mihi(etſi exẽplo for

taſſe non carens) ſuſpectum fuit hoc participium, antequam in veteri codice legiſſem, τῆς ὀσμῆς ἀγάμενος.

P.46.V.ἑπόμενον] Nō ὅπως δέοι, ſed ὅτου δέοι, legit interpres.

P.47.V.δὲ τοῦ] Hæc omnia verba, τὴν δὲ τοῦ ἀνδρὸς, ἐπὶ τὰ ἔξω ἔργα καὶ ἐπιτηδεύματα, quæ deerāt in vulgatis editionibus, ex veteribus libris addidi.

P.48.V.ὅταν] Pro καταμαθὼν malè in vulgatis editionibus legitur καταμαθεῖν.

P.52. V.γαθὸν] Pro χυλῶν γράφεται χιλῶν. Melior illa lectio. Vide pag.55.

P.54.V.δὲ] Pro παρὸν Cicero legit μέλλον.

P.57.V.τὰν] Pro εὖς γράφεται εὖ. & ἀκαρὲς εὖ ὥρας, id eſt ἀκαριαῖόν τινα χρόνον.

P.59.V.λύπη] κακοῦ παρουσίας. Rectius κακοῦ παρόντος.

P.60.V.Νόσημα] οἴησις σφόδρα, &c. Cicero bis legit hāc vocem: priore loco σφοδρὰ, poſteriore σφόδρα.

P.61.V.ἐπὶ τὸ] Legi debet αὑτῷ, vt ſit pro ἑαυτῷ.

V.συνείδησιν] In huius nominis locum reponendum exiſtimo συντήρησιν.

P.70.V.Οὐδ'] Videtur legendū eſſe Οὐδὲ ἕν ἢ κρέμαται.

P.72.V.Αὐτὸς] Melius fortaſſe ἰὼν quàm ἐών.

P.80.V. Τόξον] ῥυτῆρα τόξου. Sic in vulgatis editionibus. legendum tamen, propter verſum, ῥύτορα, vt & alibi habes.

P.82.V.Καί οἱ] Pro διώκει γράφεται δοκεύει.

P.84.V.Νῆες] In vulgatis editionibus legitur corruptè ἐπιτρέψωσι. pro quo ex ſcholiaſte & ex veteri codice repoſui ἐπισχέψωσι.

V.Ανομένων] Sic in veteri libro, non ἀνυμένων. dicitur tamen vtrunque, & infrà habemus ἀνυομένων ἐνιαυτῶν.

P.86.V.Οἰόπη] In vulg. edit. legitur Οἷά τ' ἐκκεκομμένων.

V.Διπωπὶ κύκλῳ] Sic in veteri libro, non κύκλοι.

P.88.V.Καὶ] μάλα πάϊχυ. Sic vetus liber pro μάλα πολλά.

V.Νῆες] Malim ἄπο ſcribere quàm ἀπὸ. vt quū dicitur ἄπο θυμοῦ. In veteri tamē libro erat ἀπό. quod miror, quum illic hoc eſſet in ea verba ſcholium, ἄπο φρενός εἰσι. Ἐκτός εἰσι λογισμοῦ, μὴ ἐνδιδόντος τοῦ κακοῦ σκέψασθαι. ἢ ἀπὸ φρενός εἰσι τῆς νυκτός· οἷον, οὐ κατὰ βούλησιν τῆς νυκτός, ταῦτα πάσχουσι. περιέπε γὰρ ὅτι αὐτὴ οἰκλείρουσα τοὺς ἄνδρας, ἐποίησε πολλὰ σημεῖα χειμῶνος. Quæ verba inter ea quæ ſunt excuſa ſcholia non habentur.

V.Τῷ] In vulg. edit. legitur εἰλυμμένων. At ego ex veteri codice repoſui εἰλυμμένον. Cuius etiam margini adſcripta hæc erant quæ inter ſcholia quæ impreſſa ſunt, nō extant, Εἰλυμμένων ὅτιν, ἀλλὰ διὰ τὸ μέτρον πέτραπται τὸ ω εἰς ο. διὸ σημεῖον ἔχει ὁ στίχος.

V.Αἶψά τε] Hunc quoque verſum à fœdiſſimo mendo purgaui, quū pro ἄν τι πωιήσωνται repoſui ἄρπα ποιήσωνται.

P.100.V.Σμῷ] Non παρ' αὐτὴν ſed παρ' ἄκρην mihi Cicero videtur legiſſe.

P.108.V.Ἐχθρῶν] Locum hunc à tribus Græcis authoribus citatum reperio: à Plutarcho in fine τοῦ Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν: à Strabone lib. x i i γεωγραφουμένων: à Stobæo λόγῳ ριθ'. ex quo etiam primum verſum deſcripſi: quum apud illos, tantū tres ſequentes habeantur. Sed melius apud illos in ſecundo verſu τὸν φωντα, quàm apud hūc τὸν ζῶντα. vt etiā Ciceronis docet interpretatio: & patet ex Theognidis, ex duobus item vltimis Poſidippi epigrammatis verſibus, & ex alio ipſius Euripidis loco: longè verò manifeſtiſſimum eſt ex verbo ἔρχεται. nā propriè homo, quo primùm tēpore editur in lucem, dicitur ἔρχεσθαι εἰς κακά. nos autem οὐκ ἐρχόμεθα, ἀλλ' ἤδη ἤλθομεν. Expunge igitur hîc Stobæi lectionem, & in eius locum eā quæ eſt Strabonis & Plutarchi, rèpone. De hoc quoque te admoneo, pro, καὶ πόνων πεπαυμένον, legi in veteri Strabonis exēplari ὡς πόνων πεπαυμένον.

P.110.V.Εφυ] Citantur à Plutarcho ἐν παραμυθητικῷ πρὸς Ἀπολλώνιον hi verſus: ſed malè illic in vulgatis editionibus legitur initio ſecũdi verſus Καὶ θάπτειν τέκνα, quũ legendum ſit Θάπτειν τε̃,vt ſtet verſus.Præterea melius ſcribitur in veteri codice χ᾽ ἄπερ quàm χ᾽ ἄπορος.quia de vno eodémque hoc dicitur, cum ſepelire liberos, deinde illis ſepultis,alios creare. In eodem pro νέα χρ̃' πάλιν.

V.Ὡς εἴπ] Apud Plutarchũ ibidem legitur in hoc verſu,Ιν εἴπ initio,& in fine φρενὶ pro ππί.

P.116.V.Ὀργῆς] Pro ὀργῆς legitur apud Plutarchũ ψυχῆς. de qua lectione vide ſatis longam diſputationem in meis obſeruationibus,in Æſchylũ nuper à me excuſum, ex Petri Victorii caſtigatione.

V.Κεῖν'] Hoc Sardanapali epitaphium(συγγραφὲν ὑπ' ἐκείνου βαρβαρικῶς, μεθερμηνευθὲν ἢ ὕστερον ὑπό τινος ἕλληνος,vt ait Diodorus Siculus,libro 2, ni fallor)citatur cùm ab aliis,tum ab Athenæo lib. 8. & à Strabone lib. 14.apud illũ habes eadem verba quæ hîc: niſi quòd non λέλειπται legitur,ſed λέλοιπ).perperã certe,vt & ex Ciceronis interpretatione & ex Chryſippi quẽ ex hoc effinxit verſu apparet.Quanquam ne in veteri quidẽ Athenæi exemplari aliter legitur quàm λέλυπται. Apud Strabonem autẽ pro σὺν ἔρωτι legitur μετ' ἔρωτος,quod idem valet:& pro ὄλβια πάντα,ὄλβια κεῖνα.quam lectionem ſequutus Cicero, vertit,illa præclara:ac profectò maiorẽ habet emphaſin hîc κεῖνα. Expunge igitur πάντα,& in eius locum κεῖνα ſubſtitue.Illud tantum alicui diſplicere poſſit quòd idem verbum iam fuerit poſitum initio prioris verſus. & ego ſanè mihi videor alicubi citatum reperiſſe hunc verſum, cum ταῦτ' non κεῖν',illo loco.

V.Ηου] Hos verſus caſtigatiores nõ paulò quàm vul-

tertio hãc, Οὐκ ἐῶ γὰρ ζώειν καλὸν, οὔτι χρεῖοσι. At in vet. exē. eam reperi lectionē quã à me poſitã vides. Nũc verò reperio longe meliorē ex alio codice, antiquo & ipſo, nimirum vt vocatiuus ἠλίθιε (apud Ciceronē ſcribitur τῷ υ ſecunda ſyllaba) nõ expungatur, ſed poſt eũ ponãtur illa ἠλίθιοι φρένες. & ita verſus integer erit Ηρυ νήπιε ἠλίθιε ἠλίθιοι φρένες ἀνδρῶν. Sed adiuuare velim hãc veteris libri lectionem eliſa in ἠλίθιε per apoſtrophũ litera ε. Iã igitur illud vnum ἦρυ ſupereſt quod faceſſere nobis poſſit negotiũ. Aliquando exiſtimaui legendum eſſe ἤπου, id eſt Equidē: at nunc mihi illa lectio neſcio quomodo nõ placet. Scio autē quid ἦρυ ſignificare ſoleat: ſed eius ſignificatio locũ hîc nullo modo videtur habere: De hoc quoque te admoneo, in tertio verſu legi etiam καλὸν αὐτῷ, οὔτι χρεῖοσι.

P.130.V.φαίνῃ] Rectius ἦ quàm ἤ.

P.239.V.τῃ] Lege συνειλοχώς

P.141.V.apud] ἥβηδὸν ἀποθανεῖν, &c. Apud Strabonem hæc citantem legitur ἀπάγξασθαι pro ἀποθανεῖν, nec additur πᾶσι. Potius ἀπάγξασθαι quàm ἀποθανεῖν legit Cicero.

IN LATINIS VERBIS EMENDANDA.

P.30.rur.] Errorē. Sic oēs editiões, ſed repono terrorē.

P.46.V.rara] Hæc primó. Sic in edit. vulgatis, ſed auſim reponere promo.

P.81.V.Iam] Rectius Nocte quàm Nocti.

P.85.V.Inter] Expunge diſtinctionē poſt videntur.

P.115.V.Veſtróne] Lege Nemeæus.

P.133.V.ſunt] Repone ego pro lego.

P.135.V.lud μαντ.] Poſt hæc verba, generalius eſt, adde, q̃a nõ dicit ad quē μαντυομένης. Cic. autē addit, ad Apoll.

P.140.V.tiæque] Repone Erga pro Ergo.

P.142.V.tis κυρίας] Pro Prior lege Prima, vt alibi.

P.183.V.traria] Lucullo οἰοῖον. Lege οἰκεῖον.

P.186.V.diu.] Pro Coniunctionem legitur Cognationem. quam lectionem ipſe alibi ſequutus ſum. ideo magis audacter pronuntio legendum hîc eſſe Cognatio.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.